9. Confirmatur: nam eo ipso, quod detur aliqua unio substantialis, per quam unum extremum alteri uniatur, extremum utrumque manet substantialiter unitum, et per eandem unionem materia unietur formae, et formam, per eandem quod materia recipiet formam, informabit quod capta, et per eandem forma recipiet animam, et informabit materiam, quod saepius dicta: quod est. Resp. 2° argumento superius facto: negando antecedens, ad cuius probationem, concedo, quod Unio Hypostatica solum recipitur in humanitate Christi Domini, non autem in Verbo Divino, et quod respicit humanitatem, tamquam subiectum, et Verbum Divinum pure ut terminum, sed ea nulla valet, sicut nulla est a particulari affirmativa ad universalem affirmativam, et nulla etiam est, a particulari negativa ad universalem negativam: praeterquam quod paritas illa solum probaret, quod omnis unio deberet recipi in uno tantum extremo, non autem, quod unica unio non sufficeret ad hoc ut unum extremum uniatur alteri, et est 2a, atque etiam, ut unum extremum reciperet alterum, et alterum receptum esset in altero. Denique ratio discriminis propter quam Unio hypostatica non recipitur in utroque extremo, sed tantum in humanitate, cum tamen unio inter materiam et formam recipiatur in utroque extremo, constabit ex dicendis disputatione sequenti.

10. 3° dices: in sententia quae distinguit relationem praedicamentalem a fundamento non sufficit unica relatio, ut extrema duo, verbi gratia duae albedines, se ad invicem respiciant in ratione similium, sed in albedine A ponitur una relatio, per quam albedo A respiciat albedinem

albedinis B. et altera relatio ponit in albedine B, ut per illam albedo B respiciat albedinem A: quod similiter non sufficit unica unio, ut materia uniatur formae, et forma uniatur materiae: sed una ponenda erit in materia, per quam materia uniatur formae, et altera unio ponenda erit in forma, per quam forma uniatur materiae. Resp. quod si adversarius relationem praedicamentalem a fundamento, si loquatur de relatione praedicamentali fundamentali, sed illa ponit inadaequate realiter distinctam a fundamento, idem, ab uno tantum extremo, sed adaequate realiter distinctam a fundamento, idem, ab uno tantum extremo: si secundum dixerit, vera sententia erit, et in illa eadem relatio praedicamentalis fundamentalis est, quae distinguitur inadaequate realiter ab alterutro extremo seorsim sumpto, et unica relatio praedicamentalis fundamentalis constituta per utrumque extremum, est quae sufficit, ut albedo A fundamentaliter praedicamentaliter referatur ad albedinem B, et albedo B ad albedinem A, unde cessat argumentum a paritate desumptum. Si vero dixerit, falsa sententia erit, quam minime defendimus, consequenter non tenemur defendere quod ex illa sequeratur. Nihilominus tamen quicunque illam defenderit, satis argumento respondebit, si reddat probabilem rationem discriminis, quod est de conceptu relationis non est, quod per illam duo extrema se ad invicem respiciant, quod videretur in relatione transcendentali; at vero de conceptu unionis est duo extrema unire, ita quod maneant inter se unita, consequenter unum extremum unitum alteri, et est contra.

11. Si denique adversarius distinguens relationem praedicamentalem a fundamento loquatur de relatione praedicamentali formali, et asserat illam adaequate realiter distingui a fundamento, idem, a tota relatione praedicamentali fundamentali, consequenter ab utroque extremo divisive, et collective sumpto, vera sententia erit, et tamen ipsa, ut unum extremum referatur relatione formali praedicamentali ad alterum, non opus est, quod per illam eandem relationem extrema denominentur extreme ad invicem relata, quoniam relatio limitatur actus intrinsece comparans unum extremum alteri, qui quidem actus dicitur in suo conceptu constitutivo relationem transcendentalem, et licet respiciat utrumque extremum, at vero talis est ex parte actus intrinsece, ex suo modo tendendi, qui solum denominet unum extremum relatum ad alterum, ut patet in exemplo, verbi gratia iste: albedo A est similis albedini B: per quem actum albedo A denominatur extrinsece relata praedicamentaliter formaliter ad albedinem B, ut patet in contra. Ratio discriminis inter hanc relationem, et unionem, est, quod sicut de conceptu relationis transcendentalis non est, quod per illam extrema duo ad invicem respiciant, ita non est de conceptu relationis praedicamentalis formalis, quae quidem etiam est transcendentalis, quod per illam extrema duo denominentur extrinsece relata praedicamentaliter formaliter;

at vero

at v° unio ex suo conceptu dicit vinculum, nexus, seu vinculum duorum, ita quod posita quacunque unione inter duo, necesse sit, quod maneant invicem unita adinvicem, idemque quod unum alligatum alteri, et e contra: unum alteri unitum, et e contra. Cap. 2um malizatio, et infratio non distinguuntur ratione ratiocinata.

Cap. 2um.

Malizatio, et infratio non distinguuntur ratione ratiocinata.

1. Supponendum est prius, seu potius memoria repetendum illud quod saepius diximus, videlicet ad distinctionem rationis ratiocinatae duos conceptus, qui non sint logice equivalentes, scilicet tales, qui comparent circa obiectum realiter indivisibile in ordine ad diversas entitates, quibus equivaleat: Unde conceptus iste animal, et iste: vivens sensibile non distinguuntur circa distinctionem rationis ratiocinatae, quoniam sunt conceptus equivalentes logice, et non explicant circa in ordine ad diversas entitates, quibus equivaleat, scilicet alterutrum conceptus comparat circa entitatem quae prius erat animal esset, cui circa equivaloret attentu positive positivo, quod diceret eiusdem entitas, si poneret in rerum natura; at vero iste conceptus animal, et iste: rationale, distinguuntur circa rationem ratiocinatam, quoniam non sunt conceptus logice equivalentes, scilicet comparant circa entitatibus diversis: quibus Petrus equivalet.

2. Unde quoties duo conceptus formales, idem mentales, positi explicite praedicati formalis vel eiusdem subformalis in diversis propositionibus, illas reddunt equivalentes logice, conceptus eiusdem, qui se tenent explicite praedicati formalis non distinguunt obiectum rationis ratiocinata, sed solum ratione ratiocinante, verbi gratia istae propositiones: Petrus est animal: Petrus est vivens sensibile: sunt adinvicem equipollentes logice, prius est quod posita veritate unius, formaliter et immediate ponit veritatem alterius, et e contra; unde isti conceptus formales, qui sunt praedicata formalia, videlicet animal et vivens sensibile, non distinguuntur circa ratione ratiocinata, e contra vero se habent praedicata formalia in istis propositionibus Petrus est animal: Petrus est rationalis: quae quidem non sunt equivalentes logice, nec una ex vi formae infertur ex altera, aut e contra; unde praedicata formalia sunt conceptus distinguentes circa rationem ratiocinatam, si vero conceptus formales ponant explicite praedicati formalis vel eius subformalis in duplici propositione, et tales reddat, ut una ex vi formae inferat ex altera, et non e contra, conceptus eiusdem tales esse poterunt, qui distinguant obiectum ratione ratiocinata includentis et inclusi, verbi gratia in istis propositionibus: Petrus est animal: Petrus est vivens.

3. His

3. His suppositis assero 1º: in formatio, et materializatio, si sumantur pro adequata ratione formali methaphysica, id est pro adequato constitutivo, per quod forma constituitur in esse actuali informantis materiam, et per quod materia constituitur in esse actualiter recipientis formam, non distinguuntur ratione ratiocinata, sed solum distinctione rationis ratiocinantis. Probatur assertio: si materializatio in hoc sensu accipiatur, eisdem omnino constitutivis constat, atque informatio: ergo materializatio, et informatio sunt concepti logice equivalentes: ergo non distinguuntur ratione ratiocinata: Antecedens probatur: materializatio enim in hoc sensu adequatis constitutivis, per quod materia constituitur in esse actualiter recipientis formam: sed materia in esse actualiter recipientis formam constituitur per entitatem materie talis, que si uniatur formis illis recipiet, seu ab illa informabitur, et non econtra, et per entitatem forme talis, que si uniatur materie, in ipsa recipietur, seu illam informabit, et non econtra, accedente per unionem inter ipsas: ergo materializatio in hoc sensu his omnibus constitutivis constat, sed informatio eisdem omnino constitutivis constat: ergo etc. Antecedens probatur: informatio in hoc sensu accepta est adequatis constitutivis, per quod forma constituitur in esse actualiter informantis materiam, sed forma in esse actualiter informantis materiam, seu recepti a materia constituitur per entitatem forme, que si uniatur materie informabit materiam seu ab illa recipietur, et per entitatem materie talis, que si uniatur forme, illam recipiet, seu ab illa informabitur, accedente per unionem inter ipsas: ergo informatio, in hoc sensu accepta his omnibus constitutivis constat, sed hec constitutiva sunt omnino eadem cum illis, quibus constat materializatio: ergo informatio et materializatio, si accipiatur in hoc sensu eisdem omnibus constitutivis constat.

4. Assero 2º: materializatio, si sumatur pro ratione formali physica per quam materia constituitur, veluti per formam sibi extrinsecam methaphysice in esse actualiter recipientis formam, videlicet pro sola unione, et informatio sumatur pro ratione formali physica, per quam forma constituitur, veluti per formam sibi extrinsecam methaphysice, in esse actualiter informantis materiam, scilicet pro sola unione, materializatio et informatio non distinguuntur ratione ratiocinata. Probatur 1º: quod unio explicatur per duos conceptus: in ordine ad materializationem, explicatur per conceptus inter se logice equivalentes: ergo unio non concipitur per ipsos conceptus in ordine ad diversas formalitates, quibus equivaleat: ergo unio non distinguitur ratione ratiocinata per eiusdem conceptus. Probatur antecedens: iste propositiones sunt equivalentes logice: Unio est materializatio: Unio est informatio: ergo predicata utriusque propositionis sunt equivalentia logice: consequentia patet: nam subiecta utriusque propositionis sunt identica. Probatur antecedens: 1ª propositio equipollet huic: Unio est ratio formalis physica, per quam materia recipit formam: sed ista equipollet huic: Unio est ratio formalis physica, per quam forma recipitur a materia. Consequentia manifesta est ex superioribus, quoniam 1ª est oratio passiva, et 2ª est activa

illi

illi correspondens: sed ultima propositio aequivalet huic: unio est realis physica per quam forma informat materiam: ergo ista propositio aequivalet etiam illi, in qua dicitur: unio est realis physica per quam materia recipit formam. Antecedens probatur: nam quod forma informet materiam, nihil est aliud quam quod forma recipiatur a materia; et secunda: quia istae propositiones sunt aequivalentes logice: materia recipit formam: forma informat materiam: ergo etiam istae: unio est realis physica per quam forma informat materiam: unio est realis physica per quam materia recipit formam.

5. Pergo ulterius: haec propositio: unio est realis per quam forma informat materiam aequivalet huic: unio est informatio: et haec propositio: unio est realis physica per quam materia recipit formam: aequivalet huic: unio est materializatio: sed istae propositiones: unio est realis physica per quam forma informat materiam: unio est realis physica per quam materia recipit formam: sunt aequivalentes logice: ergo etiam istae: unio est informatio: unio est materializatio: ergo unio eadem [illegible] quae est data per istos conceptus: materializatio: informatio. Confirmatur: [illegible] praecise posito quod unio exerceat rationem informationis formae ad materiam: formaliter et immediate ponitur, quod exerceat rationem materializationis: ergo quod unio sit informatio eidem formaliter est, atque quod sit materializatio: et econtra. Probatur antecedens: praecise posito quod unio exerceat rationem informationis, formaliter et immediate ponitur, quod uniantur duo inter se, quorum unum est materia, et actualiter recipiens formam, seu ab ista informatur, et alterum est forma, quae actualiter recipitur a materia, seu hanc informat: sed praecise posito, quod illa duo inter se uniantur, ponitur formaliter, et immediate, quod materia unita sit formae, et forma unita sit materiae, consequenter ponitur formaliter, et immediate, quod materia recipiat formam, seu informetur ab illa, et forma recipiatur a materia, seu illam informet: ergo praecise posito, quod unio exerceat rationem materializationis, formaliter et immediate ponitur quod exerceat rationem informationis: ergo informatio, et materializatio sunt conceptus aequivalentes logice.

6. Confirmatur 2°: bene valet ex vi formae, unio est informatio formae ad materiam: ergo unio est materializatio, et e contra: ergo quod unio sit informatio, et quod sit materializatio, sunt conceptus aequivalentes logice. Antecedens patet. Quoniam omnis hypotesis, quae ponat quod unio sit informatio formae ad materiam, et auferat quod eiusdem unio sit materializatio erit implicatoria inferens utrumque, videlicet quod poneret informationem formae ad materiam, et non poneret, ex eo quod hypotesis afferret expresse praedictum. Confirmatur 3°: quod unio sit materializatio, desumitur per denominationem [illegible] convenientem a natura unionis, quae nexus est duorum inter se, et ab eo quod extrema sunt talia, quorum unum sit materia, et alterum forma: sed quod unio sit informatio formae ad materiam desumitur per naturam unionis denominatae talis, idest informationis ab eo quod extrema talia sint, quorum unum sit forma, et alterum materia:

ergo

q. denominatio infrationis, et denominatio malizationis sunt denotationes seque equivalentes: q. nequeunt distingui ratione rationata: q. denotatio infrationis, et malizationis in esse talis equipollent eiusdem denotationibus: q. infratio, et malizatio etiam in esse talis sunt conceptus seque equivalentes.

7. Pr. 2° eadem ex ... : Ut infratio, et malizatio essent conceptus distinguentes unionem ratione rationata deberent attingere unionem ad diversos terminos, sive hi sint entitates diversae, quibus unio equivaleat, sive non, ... cuiusque sq.: s. unio non attingit per eius conceptus ad diversos terminos: q. ... Q. unio non attingat per eius conceptus in ordine ad diversos terminos, tamquam ad extrema, quae unit, pt: unio per conceptus infrationis attingit in ordine ad extrema duo, quae unit, v. d. t ad mq., et frq.: s. unio etiam per conceptus istius malizationis attingit in ordine ad extrema duo, quae unit, v. d. t mq. et frq.: q. per alterutrum conceptus attingit unio ad eosdem terminos, tamquam ad extrema, quae unit. Maior certa est: nam per conceptus infrationis explicatur unio ut ratio formalis, per quam frq. infrat mq. Minor etiam patet: nam per conceptus malizationis explicatur unio, ut ratio formalis, per quam mq. recipit frq.: q. per alterutrum conceptus attingit unio in ordine ad eadem extrema, quae unit, v. d. t ad mq., et frq.

8. Q. autem unio per conceptus eiusdem non comparet entitatibus diversis, quibus equivaleat eadem, quam comparet in ... , ut exerceat distinctionem rationis, pt: conceptus iste infrationis comparat unionem ad entitates, quae praecise esset ratio formalis, per quam frq. infraret mq., et conceptus iste malizationis comparat unionem entitati, quae praecise esset ratio formalis, per quam mq. reciperet frq.; s. eiusdem entitates, neque specie different inter se, neque maior perfectio argueret in unione ex eo quod equivaleret alteri entitati tantum, quam si equivaleret utrique: q. ... Minor pt: praecise posita entitate, quae ratio formalis esset, per quam frq. infraret mq. formaliter, et immediate poneret entitas, quae ratio esset formalis, per quam mq. infraret a frq.: q. etiam ratio formalis, per quam mq. reciperet frq., et praecise posita entitate, quae ratio esset formalis, per quam mq. reciperet frq. formaliter, et immediate poneretur entitas, quae ratio esset formalis, per quam frq. recepta esset a mq.: q. etiam ratio formalis, per quam frq. infraret mq.: q. entitates eiusdem essent rationis similes. Insuper eo praecise, quod unio equivaleret uni entitati illarum, equivaleret etiam alteri, et e contra: q. eadem perfectio argueret in unione, ex eo quod solum equivaleret earum entitati alteri, quam si equivaleret utrique: q. ...

9. Diverso: dat distinctio rationis ratiocinatae in istos duos conceptus: Petrus est similis Paulo: Paulus est similis Petro: q. similitudo in istos duos conceptus: mq. est unita frq.

frale unitam. Resnandoans, quia idem est fraliss Petrus esse sils Paulo, et Paulus esse sils Petro, si loquamur de silitudine fundali, neq prudire esse silis Paulo ostuit perseipsum, et per Paulum, siliterq ostuit Paulus inesse silis Petro ostuit perseipsum, et per Petrum, solq quippe differunt modi, quibus per voces signant, v. g. finloq. Unus extremus ostuit relationis fundalis silitudinis, signet in recto, et alter in obliquo, cum tn silitudo inter utrumq ostuat per utrumq, et ppq istæ: sint ostuitque equivalentes: Petrus est silis Paulo, Paulus est silis Petro quoniq prima posita verate, ipso facto fralit, et immate ponit veras 2a, et e 2o: ddeceptus etiq mentales sunt equivalentes loge, et si tn differant pe- nes casus rectos, et obliquos, que quide diffa casus n cadit in actus intus, attamen inter di- fferunt ex modo tendendi, quoniq unus actus refferet Petrum ad Paulum, et alteractus Paulum reffertad Petrum, cum quo tn stat, q. unus idem virtualit affiret, atq alter, et ea.

~~in...~~ 10. Dicens 2o: infratio explat unionem ut recepta infra tam ... in subto nauh ut recepta in ma, et malito explat unionem ut recepta in ma, tam q insubto nauh ut recepta infra: q. ddecepti mentales, v. g. t malito, et infratio, dsignent unionem per diversas fralitates voce roata distas. Respondeo ans, quoniq ddeceptus infratio explat unionem, ut recepta in extremo utroq, siliterq malito eode modo explat unionem ide e: q. alteruter ddeceptus explat unionem, que substa modalis e, et explat etiq me, et fraq ... ut tales, que subiti absulti sunt, et q. unio recipiat in ma, et etiq recipiat infra ostuit per hoc q. unio sit substa modalis, et ipsa uniat me, et fraq, que substa ab- sulti sunt, et oia suntadinvice per fecstilia, ut tn fradicemus sequentidisp.

11. 3o dicens: actualis infratio, et actualis malito, seu receptio, per nos, sunt ide fralit adinvice: q. etiq actualit infrare, et actualit recipe- re sunt ide fraliter adinvice: q. cui ovenit actu infrare, ovenit actu recipere: s fre ovenit actu infrare: q. fre ovenit actu recipere: hoc e absurdum: q. et nra doctna unde infert, absurda e. Respondeo ddecedendo ant, et disq ... coens: q. etiq actualit infrare, et actualit recipere sunt ide fralit adinvice, quoad res fralis phicq infrandi actualis, et actualit recipiendi: ddecedo coq: quoad illud subtum, q. dicit infrans, seu infrare, et illud subtum q. dicit recipiens, seu recipere, nd coq. Siliter disquo ... coens: q. cui ovenit actu infrare, ovenit actu recipere, id e, cui ovenit esse rem fralis phica infrandi, ovenit esse res fralis phica recipiendi, ddecedo coq: cui ovenit esse illud subtum, q. dicit actu infrans, seu actu infrare, ovenit esse subtum illud, q. dicit actu recipiens,

seu

seu actu recipere, non vero. Itaque ... mat. inesse actualiter recipienti ... per seipsam per unionem, et per nam formae, similiter ... formae ... inesse actualiter informanti ... per illud ... at vero solam mat. ... quod recipit ... et solam formam ... quod informat.

Disp. 3a. In quonam extremo unio substantialis recipiatur. Cap. 1: unio substantialis recipitur in utroque extremo.

Disp.º 3ª

In quonam extremo unio substantialis recipiatur?

Cap. 1

Unio substantialis recipitur in utroque extremo.

1. Supponendum est prius ex illis, quae diximus, quod ubi sermo fuit de constitutivo per quod mat. constituitur in esse substantiae receptivi, quod non univoca substantia receptivum dat conditionem ei, quae dicitur recipere, neque non univoca formae, seu informativum dat conditionem ei quae dicitur informare, seu recipi. Praeterea statutum est supra, quod quando cumque duo extrema inter se sunt unita, et unum eorum est substantia absoluta, et alterum substantia modalis, alterutrum quod perfectibile ab altero absoluta substantia eo ipso quod talis sit, et unita substantiae modali dicitur recipere substantiam modalem, seu ab ista informari, non autem in ista recipi, similiter quod substantia modalis, eo ipso quod talis sit, et unita substantiae absolutae dicitur in absoluta substantia recipi, et illam informare, non autem e contra.

2. Quibus praesuppositis, nostra et unica conclusio sit: Unio substantialis inter mam. et formam substantialem, recipitur in utroque extremo. Probatur 1º: unio substantialis est modalis substantia, et seipsa est unita materiae: sed materia est absoluta substantia, et utraque ad invicem perfectibilis: ergo materia recipit unionem, et haec recipitur in mat.: deinde unio est modalis substantia et seipsa unitur formae substantiali, sed haec est absoluta substantia: ergo haec recipit unionem: nam supponantur tamen mat., quam unio et forma substantialis esse perfectibiles inter se ad invicem ergo unita unio substantialis seipsa unita sit materiae, et formae substantiali, patet: unio quaevis de conceptu suo est nexus, seu vinculum inter duo extrema, et posita unione qualibet inter duo, haec manent inter se unita: ergo posita unica unione inter mam. et formam, materia manet unita formae, et forma unita materiae, quod quidem supra ostensum est: quod unio substantialis et unica sit, et non formalis pars ... per quam materia est unita formae, et forma unita materiae:

quod

q.d hec realis Unio se ipsam, et formaliter unio indigeret unione alia ut uniretur, et sic, consequenter unio hec 2a indigeret alia unione, et sic in infinitum, et unaquaque formalis indigeret alia in eodem genere, quo res formalis est, quae quidem omnia sunt absurda.

3. Patet autem ex ipso, q.d duo entia adinvicem perfectiva unita inter se, et unum sit substantia modalis, et alterum absoluta substantia, hec dicatur recipere substantiam modalem, non autem e contra, per eisdem rationibus, quibus supra loco citato videpinterim probavimus; modo vero pro etiam brevitate: q.d cumque duo unita sunt, adinvicem perfectiva, et unum est absolutum, alterum vero modale, ab omnibus antiquis Philosophis dicitur absolutum recipere modale, non autem e contra: q.d signum est, q.d inventores harum vocum, v.d.t recipiens, receptum, per nomen recipiens, q.do sermo est de duobus extremis unitis, voluerunt, q.m supra diximus, significare extremum illud, q.d est aliquid absolutum, et unitum modali, consequenter per nomen receptum significare extremum illud q.d est aliquid modale. Ratio huius est, quoniam nihil aliud invenitur in his coniunctis omnibus, quorum quodlibet constet uno extremo absoluto, et altero modali unitis inter se, q.d significari possit per nomen recipiens, et per nomen receptum, et aliunde ratio univoca recipientis, aut receptivi, non datur communis entitatibus, quae recipere dicitur; neque ratio univoca recepti, seu inhaerentis, datur communis entitatibus, quae dicitur recipi seu inhaerere. Sunt autem, q.d in rebus ipsis est, ut absolutum dicatur recipere modale, si adinvicem perfectiva sint, est, q.d nomen recipiens, seu subiectum, sumitur in hac parte pro eodem, q.d substans, et nomen receptum pro eodem, q.d substatum, quemadmodum duorum, quorum unum perfectivum est, et potentiam alterius dicitur sibi subiicere, atque substare alterum. Itaque dicitur substantia absoluta sit aliquid perfectivum, et quasi potentiam modalis substantiae, ad modum absoluti existentis, dicitur sibi subiicere, atque substare modalem substantiam, quae quidem est aliquid imperfectum et quasi infirmium absoluta substantia. Cap. 2um argutias excutit

Cap. 2um.

argutiae solvuntur.

1. Opponitur 1o: Ut materia sit unita formae, et forma sit unita materiae, non opus est, q.d unio in extremo utroque recipiatur: q.d unio substantialis non recipitur in utroque extremo. Antecedens probatur: licet unio solum reciperetur in uno tantum extremo adhuc tamen extrema esse possent inter se unita, q.d ut materia unita sit formae et

formae

et sed sit unitam, requiritur, quod unio recipiatur in utroque extremo. Ant.
pt: Verbum Divinum, et humanitas Christi unitur inter se, ita quod
Verbum uniat humanitati, et humanitas Verbo, et tamen unio illa hypostatica
in sola humanitate recipit, non autem in Divino Verbo: quod aliqua duo uniri possunt
inter se, quin recipiat unio in utroque extremo.

2. Resp: distinguendo antecedens: ut modo sit unitas, et
sed sit unitam, non oportet quod unio in utroque extremo recipiatur, attento prius, quod sint
duo inter se unita, concedo antecedens: attento etiam quod sint duo extrema talia, quorum unum
est modale, et alterum sed substantiale, et inter se unita unione illa substantiali informationis:
nego antecedens: ad cuius probationem: distinguo antecedens, et unio debeat recipi in unum tantum
extremum esse possent inter se unita, si prius loquamur de aliquibus extremis:
concedo antecedens: si loquamur etiam de modali et sed substantiali, subdistinguo: esse possent
uniri inter se, atque eadem extrema, quae modo sunt: nego antecedens: alia non: omitto antecedens.
Ratio huius est: non quod substantia absoluta recipiat modalem, nihil est aliud, quam quod uni-
antur inter se, et perfectibiles sint ad invicem, unde patet solutio ad illud quod subiit
de unione hypostatica, nam licet unio illa substantialis modalis sit, et Verbum Divinum sit
absoluta substantia, non sunt ad invicem perfectibiles entitates, quoniam Verbum Divinum a nullo creato
perfici potest.

3. Oppones 2o: res corporea nequit recipi in spiri-
tuali, sed unio inter materiam, et animam rationalem corporea est: quod unio inter materiam, et animam rationalem non potest
recipi in anima rationali: quod non recipit in extremo utroque. Maior pt: res corporea nequit
commensurari spirituali rei: sed ut aliqua res uniat alteri, debet ipsi commensurari: quod
res corporea: nequit in spirituali. Maior pt: res corporea partibus constat, quibus non constat
res spiritualis: quod res corporea nequit commensurari rei spirituali. Resp: negando maiorem
namque, in qua, quoniam minorem omittimus, de qua in praesenti non disputamus, an videlicet unio
inter materiam, et animam rationalem sit corporea: an spiritualis. Ad maioris probationem, concedo maiorem,
et nego minorem, neque enim ut aliqua duo inter se uniant, oportet quod inter se commensurent
modali commensuratione, quod manifestum est in anima rationali, et modo licet, quae quidem uniunt inter se,
et tamen anima rationalis non commensurat materiam commensuratione modali, quemadmodum ulna
commensurat ulnam.

4. Oppones 3o cum obiiciendo: recipere est munus proprium
materiae,

mā, q̄m fr̄a: q̄d recipere unionem convenit materiae, non autem formae. Sed omittendo hoc, dato etiam non cog-
nosci, et quod possit materia recipere, non forma, hoc non tollit, quominus forma etiam possit recipere, nam forma substantialis

Substantialis de facto recipit accidentia plura. ⊞

rationalis, anima recipit accidentia, et voluntas: quod similiter nihil obstabit, quominus recipiat unionem. Opponens aliquis eodem Authore: agens naturale educit unionem, et idem agens educit per eductionem formae substantialis corporeae, quae unitur per eiusmodi unionem: quod etiam idem agens naturale educit unionem ex-

Con nuebe del nero se acabbe el primero Libro de los Phisicos por la tarde

educit unionem ex eodem subiecto, ex quo educit formam substantialem corpoream, sed forma ista educitur ex
materia; quod etiam unionem educit ex materia: quod unio solum recipitur in potentia materiae.

5. Sed omittendo totum quod argumentum continet, praeter ultimum, cognosci debet, omitto, n. quod agens naturale primo, educat formam substantialem corpoream de potentia materiae, et etiam quod educat prius unionem de potentia materiae, non autem de potentia formae; unde solum infertur, quod materia illa physice influat in formam substantialem corpoream, et in unionem actione physica tamquam efficiens causa partialis, quae sub causa agente naturali producat formam substantialem corpoream, et unionem, forma vero non influat physice in unionem; non autem infertur, quod unio recipiatur solum in materia, quoniam bene stat, quod forma non sit causa partialis efficiens producens unionem, et tamen ipsa recipiat, quod patet in anima rationali, quae quidem recipit in materia, et tamen non educit de potentia materiae: omitto inquam, ob illud, quod argumentum continet praeter ultimum, solum in quo falsum esse existimo, sed quoniam ignotum est nobis, et tamen licet verum esset, nulla esset causa ad ultimum Lectorem illud, quo argumentum claudit. Liber 2us phisicorum de causis. Quaestio 19 de causa efficiente, et eius divisionibus. Disputatio 1a, quid sit causa efficiens.

Finis Libri primi Phisicorum

Antonio de Flores y Leon

Liber Secundus
Phisicoru de cāis.
~~Qqq~~ 1ª
De caā efficiente, et eius divisio=nibus.
Dispº 1ª
Quid sit causa efficiens?
Cap. 1ʳ
Caā efficiens definitur.

1. Phorū Princeps, quinqᵉ caarū genera numeravit v, d, t caā efficientē, malē, frālē, finalē, et exemplarē. Vt autē caā in cōi recte dividat in eius dī caarū genera, I. n̄, examinare n̄ vacat, hoc vnū statuimus 1º v, d, t rō perfecte univoca caā, et cōis quinqᵉ caarū generibꝰ prędictis n̄ dat. Proē: quoniā si rō cōis perfecte univoca caā posset abstrahi ab oī entitate, quę caā dicit et geniū aliqᵈ. caandi ex supradictis, posset abstrahi rō perfecte univoca, et cōis ab ente reali, et ente impōli, sᵗ ab ente reali, et impōli nequit abstrahi rō aliqua cōis perfecte univoca: ḡo à fortiori nequit abstrahi rō caā perfecte univoca, ab oī genere caā supra memorato. Minor cstat. Maior pr: vnumquodque res impōlis ab hoē cognita per errorē tanquā pōlis, et ipsi hoī vtilis, ab ipso desiderat, et adhibent media in ordine ad illius executionē, sᵗ cōis ratio rē illā impōlis, et chimerica dicit exercere rō caā finalis: ḡo datur caā finali

abstrahi

abstrahi posset rō cōis caē, abstrahiē etiā posset ab aliq.ª re impedi: q.ᵈ si ab

oī genere caē supramemorato abstrahi posset rō cōis caē perfecte univoca, etiā

posset abstrahi rō cōis aliq.ª perfecte univoca ab ente reali, et ente impedi.

2. Pr.º: rō cōis perfecte univoca debet ab inferioribus

ēque priē, et phicē participari, s.ᵗ cōceptus caē n̄ participat æque priē, ac phicē ab oī ge-

nere caāru: q.ᵈ cōceptus caē n̄ ē perfecte univocus, et cōis oī generi caē. Maior

certa ē, minor pr.: caā finalis, sicut et caā exemplaris moralit tamū caat,

n̄ aūt ēque priē, ac phicē caat: q.ᵈ nequit dici de caā finali neq. de caā exemplari,

q.ᵈ priē ac phicē caet, s.ᵗ caā efficiens æque priē, ac phicē caat: q.ᵈ cōceptus caē n̄ par-

ticipat priē, ac phicē, ab oī genere caāru, superius numerato. Cōfirmat.: cōceptus

perfecte univocus, et cōis æque proprie participari debet ab inferioribus, cui

univocè cōis ē, s.ᵗ caare, n̄ æque priē participat à caā efficiente, et à caā

morali: q.ᵈ cōceptus caandi n̄ ē univocè cōis caē efficienti, et caē morali. Minor

pr.: falsū ē dicere, q.ᵈ caā moralis æque priē caet effū, atq. caā efficiens ca-

usat: q.ᵈ cōceptus caandi n̄ æque priē participat à caā morali et efficienti.

Ans pr.: caare dicit in suo cōceptu essali, tribuere esse effui, s.ᵗ de caā morali

n̄ dicit æque priē tribuere esse effui: q.ᵈ caare n̄ æque priē dicit de caā mo-

rali, et efficienti: q.ᵈ caare n̄ ē cōceptus perfecte univocus caē morali, et effi-

cienti, s.ᵗ caā finalis, et exemplaris sunt caē tamū morales, et efficiens ē

caā phica, et priē caans: q.ᵈ cōceptus caē n̄ ē perfecte univocus, et cōis quin-

q. generibus caāru supra memoratis.

3. S.ᵗ rogabis an saltē ab oī caā phica abstrahi possit

rō cōis caē perfecte univoca, an v. g. à caā efficiente, et extra, et à caā intra

idē, mali, et fali abstrahi possit rō cōis caē perfecte univoca? Rēdetur negative:

Rō ē, q.ᵐ caare, q.ᵈ participat à caā intra, ē fralisse cōstituere effū tamquā pars

realis ipsius; caare verò, q.ᵈ participat ab efficiente caā n̄ ē fralisse cōstituere effū

tamquā pars realis ipsius: q.ᵈ caare, q.ᵈ participat à caā intra ē fralisse sumptū

essaliter disquit à caare, q.ᵈ participat à caare efficientis caē etiā fralisse sumpto:

q.ᵈ abstrahi nequit rō cōis caandi perfecte univoca ab efficienti caā, et ab intra:

4. Pr.º: caā efficiens, et caā intra n̄ æquivalent

univentati, quæ priūs esset caāru, cui cōparari possint ab intus cōnente cōstitue

caā eiusdi

caus eiusdem: ergo nequit abstrahi ratio communis causandi perfecte univoca, et a causa efficiente, et a causa intrinseca. Antecedens probatur: entitas illa, quae praecise esset causans, vel causaret, quia ipsi conveniret esse formaliter constituere; vel non; si primum dico, illi entitati non equivaleret causa efficiens; si secundum, illi non equivaleret causa intrinseca: ergo non potest entitas eiusdem, quae praecise esset causans talis concipi, cui equivalerent causa efficiens et causa intrinseca.

5. Confirmatur: quaecumque duo univoce conveniunt in aliquo praedicato essentiali, si poneretur a parte rei entitas, quae praecise haberet praedicatum illud, non haberet differentias extrahentes rationes illas communes, quae quidem differentiae reperiuntur in illis duobus univoce convenientibus, nec nihilominus illi entitati equivaleret: ergo si poneretur entitas, quae praecise esset causans, sed non esset constituens illud, quia causa ipsi entitati equivaleret, tam causa intrinseca, quam efficiens, sed hoc est absurdum: ergo etc. Antecedens probatur: causa intrinseca illi entitati non equivaleret: ergo etc. Antecedens probatur: hoc praecise quia eiusdem entitas, quae praecise esset causans, causaret, et non constitueret effectum, esset formaliter causa efficiens: sed causa intrinseca nequit equivalere causae efficienti: ergo causa intrinseca non equivaleret entitati eiusdem. Maior probatur: id, quod physice, ac proprie causat, et non constituit effectum, efficienter causat effectum: ergo praecise, quia eiusdem entitas esset causans proprie, ac physice effectum, et non constituens effectum, esset causans efficienter effectum.

6. Confirmatur: si conceptus causae esset perfecte univocus, et communis causae efficienti, et intrinsecae, talis esset conceptus abstrahens ab utraque illarum; conceptus iste: causans intrinsece, adderet aliquam differentiam extrahentem rationes communes causantis: ergo differentia extrahens esset, quae explicatur per particulam intrinsece: sed hoc nequit esse differentia extrahens conceptum causantis: ergo etc. Antecedens probatur: particula intrinsece explicat formaliter rationem causantis: ergo nequit explicare differentiam extrahentem rationes communes causantis: ergo causa intrinseca non participat rationes communes univocas causae efficienti: et supra illam addit aliquam differentiam extrahentem: ergo quod causa intrinseca sit constituens, itaque quam pars realis effectus, est formaliter differentia mere contrahens rationes communes causantis: sed eiusdem differentia est essentialiter distincta, a conceptu causantis formaliso, quod participat a causa efficienti: ergo non conveniunt univoce causa efficiens, et causa intrinseca in ratione causantis. Patet consequentia: nam differentiae mere contrahentes rationes communes univocas debent esse omnino similes, formaliter loquendo, nam aliter inferiora rationis communis essentialiter differrent in differentiis mere contrahentibus rationes communes, quod quidem est absurdum. Quod absurdum sit, probatur: omnia inferiora rationis communis essentialiter conveniunt in differentiis mere contrahentibus rationes communes: sed si differentiae mere contrahentes

contrahentes

2a habentes 70 ses formalis essent essentialiter differentes, inferiora essentialiter convenirent, et essentialiter differrent in lodo ... formalissimo quod est ...

7. His praesuppositis, veniamus ad definitionem causae efficientis, nam definitiones aliarum causarum tradidimus in suis locis; sed prius notandum est, quod nomen causae efficientis non solum explicat principium communicans esse alicui rei, cuius pars realis constitutiva non sit. Nam Pater aeternus est principium communicans esse Filio, et non est pars realis constitutiva Filii; et tamen non dicitur causa Filii; unde constat, quod nomen causae efficientis non solum requirit, quod id quod appellatur causa efficiens sit principium communicans esse alicui rei, ut cum eo realiter distinctae, sed adaequate realiter distinctae, ita quod id quod dicitur causa non solum non sit pars realis constitutiva effectus, sed neque conveniat cum producto in aliquo essentiali, quod idem numero sit in principio producente, et in producto. Quapropter causa efficiens ita definiri debet: est principium physice influens esse in aliud adaequate realiter distinctum: cuius definitionis rectitudo constat ex eo quod omni entitati conveniat, quae causa efficiens dicitur, non autem conveniat alicui entitati, quae causa efficiens non dicitur; neque enim convenit Patri aeterno, qui quidem non distinguitur adaequate realiter a Filio, neque convenit causis intrinsecis, ut manifestum fiet singula perpendenti. Cap. 2um causa efficiens dividitur.

Cap. 2um

Causa efficiens dividitur.

1. Causa efficiens dividitur 1o in causam 1am et causam 2am: causa 1a est, quae non causatur, et est causa reliquarum omnium, quae causantur, propter quod merito appellatur causa causarum; causa 2a est, quae causatur, et causat aliquid: unde solus Deus Opt. est 1a causa, seu causa causarum; reliquae vero creaturae omnes, quae causant, dicuntur causae 2ae. Dividitur 2o in causam univocam, et aequivocam: causa univoca dicitur illa causa, quae est omnino essentialiter similis effectui suo, ut ignis A respectu ignis B, quem producit: quicumque duo ignes supponantur esse eiusdem speciei infimae. Causa aequivoca dicitur illa causa, quae dissimilis est essentialiter effectui suo, ut Deus respectu creaturae. 3o causa dividitur in totalem, et partialem; insuper causa totalis sicut etiam partialis, alia est totalis in actu 1o: alia totalis in actu 2o: causa totalis in actu 1o illa dicitur, quae secundum se sufficientem virtutem intra effectivam continet ad efficiendum totum effectum; totalis in actu 2o illa dicitur, quae sine iuvamine alterius causae actualiter efficit totum effectum: similiter causa partialis in actu 1o est, quae habet intra se virtutem effectivam, tamen inadaequatam ad producendum totum effectum: causa partialis in actu 2o illa est, quae simul cum alia causa actualiter efficit effectum.

4o.

2. Aº dividi solet causa efficiens in causam immaterialem et materialem: causa immaterialis dicitur illa, quae per suam entitatem, tamquam per virtutem agendi physice immaterialiter influit esse in effectum; causa vero materialis dupliciter intelligi potest: 1º itaque causa nulla ratione influat physice in effectum, neque materialiter, neque immaterialiter, sed tamen recipiat in se virtutem illam effectivam, quae causat immaterialiter effectum; v.g. aqua calida recipit calorem A, et iste producit calorem B in manu, in quo casu aqua dicitur calefacere manum, et causa materialis caloris B in manu recepti, quin tamen aqua physice influat immaterialiter in calorem B, neque materialiter, hoc est, quin influat in calorem A in se receptum, quiquidem calor A immaterialiter influit in calorem B. 2º modo intelligi potest causa materialis, v.d.t. itaque physice influat materialiter in effectum materialem. Exempli avus dicitur in hoc sensu causa materialis nepotis, quoniam avus immaterialiter influit in filium suum, et hic immaterialiter influit in nepotem avi.

3. Disputari solet in hoc loco an causa materialis tam in 1º, quam in 2º sensu dicenda sit proprie, absolute et causa effectus, qui materialis est. & Dico 1º: causa materialis in 1º sensu non est dicenda proprie, absolute causa illius effectus, sed tamen dicenda est causa cum addito diminuente v.d.t. materialis. Quod itaque probo: ut aliqua entitas sit proprie, absolute causa efficiens rei alterius, debet physice influere esse in illud aliud; sed entitas, quae in 1º sensu causa materialis dicitur, non influit physice esse in illud, quod effectus materialis dicitur: ergo entitas, quae in 1º sensu causa materialis dicitur, non est proprie, absolute causa illius, quod effectus materialis dicitur. Maior certa est, nam ut aliqua entitas sit proprie, absolute causa, debet ipsi convenire definitio causae; sed de definitione causae efficientis continetur, quod physice influat esse in effectum: ergo ut aliqua entitas proprie sit, et absolute causa efficiens alterius debet physice influere esse in illud aliud. Minor primi syllogismi probatur: entitas, quae in 1º sensu causa materialis dicitur, neque immaterialiter, neque materialiter influit esse in illud quod dicitur effectus materialis: ergo nulla ratione influit physice esse in illud, quod dicitur effectus materialis. Antecedens constat exemplo: Aqua, in qua recipitur calor A, quiquidem calor A producit in manu calorem B, non influit physice per suam entitatem intrinsece ipsi substantiae aquae, tamquam per virtutem agendi in calorem A, neque in calorem B: ergo nulla ratione physice influit esse in calorem B. Antecedens patet: quoniam aqua secundum suam intrinsecam entitatem non est productiva caloris.

4. Dices: aqua calida calefacit manum, ut quod; et non ut quo, idest, aqua est suppositum, quod dicitur producere calorem B medio v.d.t. calore A

in se

inexrecens tamen virtus caloris B productiva: quod sicut aqua dicitur absolute ca-
lefaciens manum, ex eo quod sit calefaciens ut quod, ita similiter absolute dicendum erit
quod sit causa caloris B in manu producti. Respondetur: distinguendo antecedens: aqua calida calefacit manum
ut quod moraliter loquendo, concedo antecedens, physice ac rigorose loquendo, nego antecedens. Explico distinctionem:
aqua calida dicitur calefacere ut quod moraliter loquendo, quoniam calor B in manu pro-
ductus aquae tribuitur in communi aestimatione ut quod, aqua physice producat calorem B, sed
quoniam est subiectum in quo sustentatur virtus productiva caloris B, videlicet calor A, qui
quidem subiecto indiget, ut exstat in rerum natura, at vero aqua illa in rigore physico non est
calefaciens ut quod, neque ad hoc opus erat quod aqua esset principium quod ab intrinseco produc-
tivum caloris B, quod quidem satis non est, neque calor B continetur virtualiter in ipsa aqua,
tamquam in virtute sui productiva. Si enim physice ac rigorose loquamur, prin-
cipium producens quod, est virtus causae producentis, et principium quo est actio, seu forma
physica, per quam producit actualiter effectum, et in hoc sensu calor A receptus in
aqua est principium quod caloris B, et actio, qua producit calorem B, est principium
producens ut quo calorem B.

5. Insuper notari oportet, quod si calefaciens ut
quo manum sumatur pro eo formali metaphorico, per quam tamquam per signum sibi extrinsecum
manus redditur formaliter calida, erit calor B, qui recipitur in manu, et inhaerentia,
per quam inhaeret manui, non autem aqua, neque calor A in aqua receptus, neque
actio qua producit calorem B, si vero accipiatur calefaciens quo manum pro eo
formali physico, per quam manus redditur formaliter calida, erit solus calor B in
manu receptus. Ratio est, quia manus redditur formaliter calida per formam per
quam constituitur in esse habentis calorem, sed manus in esse habentis calorem in illo casu
constituitur per calorem B, et per eius inhaerentiam, ratione cuius dicitur habere, non autem per aquam nec
per calorem A, neque per actionem, qua producit calorem B: quod si calefaciens ut quo
manum accipiatur pro eo formali, per quam manus redditur formaliter calida, erit ca-
lor B, et inhaerentia illius ad manum; si vero sumatur calefaciens ut quo ma-
num pro calefaciente effectivo ut quo, non autem formaliter, erit actio, qua calor B
fluit a calore A, et principium ut quod effective calefaciens rigorose loquendo, solus ca-
lor A, qui recipitur in aqua.

6. Respondeo 2°: ens, quod dicitur causa animata in 2° sensu,

p dicenda e absute caa vel effus mati, si phice, acrigeros e loquam, ut iam dixi, q, d, t mata; Pbo e, quoniam aliter caa mata q que prie diceret caans effus mati, atq caa immata diceret caans effus immati: hoc e absurdum: g o e. Maior ptat, nq vtrum distributive sumptum absute dicant, pro vg, quilibet res esse debet q que q prie Hois, atq alterea. Minor pr: si caa mata q que prie esset caans effus mati, atq caa immata, de prima diceret prie absute q esse principium phice influens esse in illud, q effus matum dicit; hoc e falsum: g o e. Maior certa e, nq de illo q prie dicit, et absute caa, debet absute verificari de q caa absute prolata. Minor p: illa de q caa absute plata sonat, q caa immate se exercet, tam per actum immata agendo, ergo effus, quin atq caans mediet in ipso, et effus: hoc non convenit in caa mata vel effus mati: g o e. Disp 2a de caa in actu 1o, et in actu 2o cap. 1m: per q constituat actus 1us cae, et actus 2us.

Disp 2a

De caa in actu 1o, et in actu 2o.

Cap. 1m.

Per quid constituatur actus 1us cae, et actus 2us.

1. Caa dupliciter considerari potest, 1. in actu 1o, 2. in actu 2o, caa in actu 1o, e caa potens causare: caa in actu 2o, e caa actualiter caans. Deinde caa potens caare, 1. considerari pot, vt solum potens, quamvis e extra caare effum, 2. vt absute potens caare effum: caa, vt potens, quamvis e extra caare effum, prius constituit per intrinsecum, et essale virtute effectiva identificata entitati, que caa dicit, in qua virtualiter continet effus, vg ignis A in esse potentis, quamvis e extra caare ignem B, solum constituit, per virtutem identificatam igni A productivam ignis B. Pr, nq prius posita virtute productiva identificata cae, formaliter et immate ponit, q q requirit virtutis productive ex parte cae ad producendum effum; sed q deber ex parte cae, q q requirit virtutis effective ad caandum effum, e q ponat potia, que se habet ex parte cae ad effum; q prius posita virtute productiva identificata cae formaliter et immate ponit, q caa possit, quamvis e extra caare effum: et hec potia, que in caa e, dicit actus 1us phicus effus, qui actus 2us phicus dicit.

2. Causa potest autem absolute causare in esse potentis absolute causare effectum, constituitur non solum per virtutem essentialem causae, sed etiam per possibilitatem actionis, et per possibilitatem effectus. Probatur: causa in esse potentis absolute causare effectum, prout condistinguitur a causa ut potente quantum est ex se causare, ipse aliquid aliud constituit praeter virtutem effectivam, de mentis fatigationem sed nihil aliud esse potest, quam possibilitas actionis, et possibilitas effectus: ergo causa in esse potentis absolute causare effectum, constituitur etiam per possibilitatem, tam actionis, quam effectus. Minor probatur: propositiones sunt aequivalentes logice: causa potest non solum quantum est ex se causare effectum, sed etiam absolute causare effectum: effectus non solum potest causari a causa, quantum est ex parte causae, sed absolute potest causari a causa: sed existentia propositionis infert existentiam: ergo effectus absolute causabilis seu producibilis est. Ulterius progredior, quod effectus absolute causabilis, seu producibilis sit, constituit per hoc, quod quantum est ex parte sua, et quantum est ex parte causae producibilis sit: sed quod effectus quantum est ex parte causae producibilis sit in esse tali, constituit per possibilitatem ipsius effectus, et per possibilitatem actionis: ergo etc. Quod illae propositiones superius designatae sint aequipollentes logice patet, quoniam una est oratio activa, et altera est oratio passiva idem dicens, et haec potentia absoluta causae ad effectum, non solum dicit essentialiter actum physicum, qui est in causa, vel effectum, sed etiam actum logicum effectus, ille quidem, per quem effectus dicitur potens exercere. Unde tum infert, quod actus physicus, qui est in causa, vel effectus, est idem quod intus, et identitatem entitati causae.

3. Diximus, quod causa in esse absolute potentis causare effectum constituit per possibilitatem actionis, et effectus: sed rogabis, an causa in esse potentis absolute causare, quin addat causare effectum, possit constituatur per entitatem causae, et per possibilitatem actionis, quin constituatur per possibilitatem effectus? Respondetur negative, et ratio est, nam sicut actio absolute logice, non dicit effectum, ita similiter, non dicit aliquid causatum, sed rationem formalem causandi, et rationem formalem producendi: deinde istae propositiones sunt aequivalentes logice: causa potest absolute causare aliquid: aliquid potest absolute causari a causa: si utraque loquatur de causa A determinata, et haec 2a propositio aequipollet huic: aliquid potest absolute esse causatum a causa A: sed actio non dicit, quod possit esse aliquid causatum, sed solus effectus est, quod denominatur potest absolute causatum: ergo quod causa absolute possit causare in esse tali, constituit etiam per possibilitatem effectus: ergo non solum constituit per possibilitatem actionis. Non tamen negaverim, quod aliud est causam ut absolute potentem exercere suam virtutem, et aliud est causam ut absolute potentem causare: et hoc secundum dicat essentialiter possibilitatem etiam effectus, at vero primum, id non dicit essentialiter, sed solum entitatem causae, et possibilitatem actionis, nam casu in quo per impossibile possit poneret causa,

et

etactio, qualiter eliminate poneret, q. causa exerceret suam virtutem, actio n. e exercitium actuale virtutis causativæ: q. causa in esse potentiæ absolute exercere suam virtutem, prius constituit per hoc, q. virtus causæ absolute exerceri possit a causa: sed q. virtus exerceri possit absolute a causa, prius virtutis causæ prius constituit per hoc, q. exercitium causæ sit possibile: q. possibile sit exercitium causæ, e. q. possibilis sit actio: q. [illegible]

4. His accedit, quod prioritas materialis potius videtur distantia prioritas, consequenter quod absurdius videbitur, quod unaquaeque sit materialiter prior seipsa. Probatur: quod instans A temporis sit materialiter prius instanti C, mediante D, et instanti B, prius arguit, quod instans A temporis magis distet ab instanti C, quam instans B distat ab instanti C: quod similiter causa materialis prior erit distantiori prioritate, suo effectu materiali: quod si Sol seipso materialiter carere esse prior seipso distantiore prioritate. Patet consequentia: neque Sol esset prior origine luce, et lux esset prior origine sole: quod de se ad ultimum, Sol esset prior seipso, et quasi distantiore prioritate. Sectio 2ª adversariorum solutiones impugnant.

Sectio 2ª.

Adversariorum solutiones impugnant.

1. Rebis, quod causa materialis est prior effectu materiali, quod constituit actus physicus ad productionem effectus materialis, nam quod non constituit actus physicus ad productionem effectus materialis, et in illo casu lux non constituit actus physicus ad productionem solis, qui supponitur a Deo productus sufficienter, neque Sol constituit actus physicus ad productionem lucis, quae supponitur a Deo sufficienter producta similiter per aliam actionem. Sed contra: ante productionem actualem Solis in illo casu supponitur, tamquam actus physicus lux, et omnes causae, a quibus lux ponitur in statu existentiae actualis: quod ante productionem Solis supponitur id, quod supponitur a luce; causae lucis supponuntur a luce, sed Sol est causa lucis: quod Sol supponitur

ante

ante productionem ipsius: quod Sol supponitur existens antequam sit. Debeo dicere quod 1.°

ans: ante productionem Solis supponuntur omnes causae sufficientes lucis, et quae a deperdente

distant sunt a Sole. Accedendo dico: supponuntur omnes causae sufficientes lucis, etiam distantes

a Sole in abusivum ans.

2. Contra solutionem istam est 1.°: ideo reliquae causae sufficientes

lucis supponuntur ad lucem, quia sunt origine priores luce: quod quia communicant esse luci:

sed etiam Sol communicat esse luci: ergo etiam Sol supponi debet ad lucem. Confirmatur, nequaquam hoc prius est quod

una res communicet esse alteri, et origine prior altera, sed hoc prius est, quod una res sit origine pri-

or altera supponitur ad alteram: quod eo prius est quod una res communicet esse alteri supponitur

ad alteram: sed non solum reliquae causae sufficientes lucis praeter Solem communicant esse luci, sed etiam

Sol: ergo etiam Sol est origine prior luce: quod etiam Sol supponitur ad lucem: quod Sol supponitur ad

ipsum Solem. Probo consequentiam, ideo prius est reliquas causas sufficientes lucis praeter Solem supponuntur ad

productionem Solis, quia supponuntur ad lucem, quae prior est origine Sole. Contendo quod supponitur

ad Solem, sed etiam Sol supponitur ad lucem: quod Sol supponitur ad ipsum Solem. Si dicas, quod ideo solum

reliquae causae sufficientes lucis, praeter Solem, supponuntur ad lucem, quia sufficientes sunt ad

lucem. Contra est: nequaquam etiam Sol producit lucem per actionem sufficientem: ergo etiam Sol est causa su-

fficiens lucis: quod etiam supponitur ad lucem.

3. Contra est 2.°: quod una res communicat actum physicum alteri nihil

aliud est, quam quod sit virtus effectiva communicans esse alteri, sed etiam in illo casu Sol esset

virtus effectiva communicans esse luci: ergo etiam Sol in illo casu communicaret actum physicum luci:

ergo etiam Sol communicaret actum physicum, mediatum saltem Solis. Probo consequentiam: per realiter causas mediatas

tum mediatam, potest communicare actum physicum effectus mediati: sed non aliam omnes causas tamquam mediatas

potest communicare actum physicum effectus mediati, nisi communicando esse immediate causae mediantis, quae causa

mediata communicet esse immediate effectui, qui mediatus dicitur respectu causae mediatae: quod eo prius est, quod

causa mediata mediate communicet esse effectui mediato, communicat actum physicum effectus mediati: sed Sol communicat

in illo casu esse immediate luci, et haec communicat esse immediate Soli: quod Sol communicat actum physicum

ad productionem ipsius Solis: sed per te omnis actus physicus est prior effectu, supponitur

quod ad effectum: quod Sol erit prior seipso, et supponetur ad seipsum.

4. Si denique dicant adversarii, quod ut causa mediata communicet

actum physicum ad productionem effectus mediati, et consequenter supponatur ad effectum mediatum, id non sufficit,

sed ulterius requiritur quod effectus mediatus non supponat ex parte aliunde sufficientem productionem

per

per aliq actione ab alia causa quod quidem requisitum est fieri in illo casu, nam si aliquis materia esset effectus suiipsius, supponit a Deo sufficienter productus per aliquam actionem distinctam ab illa per quam producit etiam sufficienter a luce: sed 3a infero in ipso sensu adversarios ad eosque: quod materia si supponat existens, et a Deo per actionem sufficienter producta elevari poterit a Deo, ut seipsam producat immediate per aliquam actionem, quod quidem negant adversarii plurimi.

5. Sed ut id inferat ex ipsorum doctrina, ita probo: ideo negat ab ipsis quod una elevari possit a Deo, ut semetipsam producat per novam actionem, et si eiusdem res supponat a Deo producta per aliquam actionem sufficienter, quoniam eiusdem res concurreret active physice ad sui productionem, concurreret ad seipsam prior esset, et supponeret ad seipsam: sed hoc est falsum in ipsorum doctrina: quod est Minor probatur: nam ut aliqua causa concurrat actione physica effectus, et ad ipsum supponat, opus est, quod effectus non aliunde supponat existens, et productus sufficienter per aliquam actionem ab alia causa, ut ab ipsis asseritur, sed eiusdem res seipsam immediate produceret, et esset effectus suiipsius, supponeret existens, et sufficienter producta per aliquam actionem a Deo: quod non concurreret active physice ad sui productionem, neque supponeret ad seipsam. Disp. 3a de causa 1a, et 2a cap. 1 an causae 2ae virtutem effectivam habeant ad aliquid operandum.

Disp. 3a.

De causa prima, et 2a.

Cap. 1.

An causae 2ae virtutem effectivam habeant ad aliquid operandum.

1. Dico istam potius supponendam, quam probandam erat. Sed nihilominus probatur 1o Authoritate Sacrae Scripturae, nam Genesis 1o dicitur: Protulit terra herbam virentem, et facientem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum: et Lucae ait Christus Dominus: Videte ficulneam, et omnes arbores, cum producunt iam ex se fructum. Quid clarius? quod arbor ex se producit fructum: quod ex virtute sua effectiva, et intra sibi producit fructum: quod falso dixit Abicembron Lib. fontis vitae, quod causae 2ae nihil ex se operantur, id est, nihil virtute sua effectiva producunt, ita quod effectus contineatur virtualiter in causa 2a, sed quod ad praesentiam ignis v. g. prima causa producit ignem, quia

Abicembron Lib. fontis vitae.

ignis

ignis presens, et applicatus combustibili, exigit quod producat ignis a causa 1a. Falso, itaque, dixit, nam si hoc ita esset, falsum esset dicere, quod arbor ex se producit fructum, idem ex propria virtute effectiva.

2. Probatur 2o authoritate Concilii Tridentini, quod sessione 6a canone 4. anatematizat asserentes liberum hominis arbitrium nihil agere: quod fide certum est, quod homo libera causa sit habens virtutem effectivam ad producendas operationes liberas. Inde confirmatur tota doctrina: certum est quod homo est causa libera, et plura operatur laude digna, plura digna supplicio: quod vere, ac proprie homo producit illas operationes liberas ab intra virtute illa sua effectiva. Probatur consequentia: si nihil ab intra sua virtute produceret, sed solus Deus ad presentiam hominis illas actiones produceret, eiusdem actiones immerito verterentur homini laudi. Vide visio. cap. 2um. Utrum causae nihil operentur nisi excitatae a 1a causa per physica premotionem. Sectio 1a explatur diffas Authorum dissidium.

Cap. 2um.

Utrum causae nihil operentur, nisi excitatae a 1a causa per physica premotionem?

Sectio 1a.

Explatur diffas Authorum dissidium.

1. Querimus in presenti disputatione an causae omnes 2ae, idem, omnes creaturae exceptis ceteris, ita sufficiant explicari Deo, ut, et ut nihil solum possint operari quidquam, quin a Deo super per concursum, qui dicitur simultaneus, ex vicinis per eandem actionem per quam creatura operatur successive, etiam Deus sub operetur, verum etiam indigeat previa motione, idem, qualitate alia, et antecedenter ad operationem, per quam creatura excitetur, atque premoveatur ad operandum a 1a causa, quemadmodum malleus, aut serra, et similia instrumenta nihil operantur nisi prius moveantur per artificis manum, et operi applicentur. Haec est controversia, hoc veluti pomum discordiae, quae nimis exarsit inter Patres Dominicanos et Jesuitas. Illi constanter affirmant, isti constanter negant.

2. Verum priusquam in negotium sic probemus et adversarios impetamus, necesse est explicare, cuius rei sit qualitas ista, quae premotio physica dicitur. Asseruntque P. Dominicani quod ista qualitas premovens creaturas ad operandum, dicta

e ab eo operatione creae, ab eoq. actione, per quã crea operat. 2.° qualitas eiusdi naria e oid, ut crea ois eng libera sedetur ad quidquu operandu, itaq. impolesit q.° crea sine illa prævia motione sedetur ad operandu. 3.° eans ad opq operationeq, etiã libera crea, itaq. in volate ponat, quin sit impossitate volatis, q.° ponat, S. auferat. 4.° posita lius qualitate volas nequit suspendere operationeq, neq. ß poes ponere, rationq operationis; bene q valet methaphe, ponit premotio: q.° ponere operatio volatis.

3. Nos aut sentit ogñarq crea premoveri ad operandu ea roe, S. crea maxime libera, operari solu adiuta cursu dino simultaneo, ita q. in potestate sit ca libere, q. a Deo iuvet ad operandu, l. n. Andbis sunt quã plures Authores ex externis, i q nobilissimi, et imprimis nris subscribit Illustrissimus Dns Dns Ferdinandus Martinez Mascarenas Algarbiorq Episcopus et supremus in Lusitania inquisitor Apostolicus, Reverendiss. Dns Franciscus Destalevius Episcopus Sancti Angeli Legatus a Latere Pauli quinti, ex illustrissima Minorq familia Hugo Cavellus Hiberniae Primas, Philippus Faber Theologiae Magister apud Academiã Patavienseq, Ludovicus de la Capuchinorq Provincialis, necnon et Ludovicus Caspensis eiusd ordinis Generalis definitor. Ex nobilissima familia Augustinianorq, sunt etiã a nobis Magist. Fr. Ildephonsus de Mendoza Salmanticensis Theologiae professor, Ioannes Puteanus Theologiae professor in Academia Tolosana, Martinus de Albiz in Complutensi, et Gabriel Penotus. Ex minimis Sancti Francisci de Paula nobis etiã favent Ioannes Dumleius, Martinus Mersenus, Claudius Rancolius, quos oes citatos repertes apud Paulu Leonardu in responsionibus ad scia media, ubi eorq loca diligenter examinata. Sect. 2.ª premotio phica creatis agentibus liberis adimit libertate.

Sectio 2.ª

Premotio phica creatis agentib. liberis adimit libertatẽ.

I. Lª, et efficax impugnatio desumitur ab adversariis ex eo, q. premotio phica tollat usu, seu exercitiu libertatis agentibus creatis

creatis liberis, quod ita probo: praemotio physica ponit in nostra voluntate independenter ab usu libertatis nostrae, et omnia antecedenter ad nostram liberam determinationem, ita quod non sit in nostra potestate, quod ponatur, aut auferatur, deinde sub cum nostra voluntate producit operationem, ita quod sit principium ex parte actus, sed omnia requisita ad operationem, et praemotione posita necessario infertur operatio, idest, voluntas nequit suspendere operationem, et ponere non operationem cum praemotione existente: quod praemotio tollit usum nostrae libertatis. Probo consequentiam: posita praemotione operatio non est in nostra potestate libera: quod necessario operamur. Probatur antecedens: Cui liberum non est, quod ponatur causa necessario requisita ad operationem, non est libera operatio, sed Homini non est liberum, quod ponatur causa necessario requisita ad operationem: quod Homini non est liberum, quod ponatur operatio. Syllogismus est rectus, Maior certa, nam loquimur de causa necessario ad operationem requisita, qua posita non sit in nostra potestate impendire operationem, seu effectum talis causae.

2. Quod autem ille, cui liberum non est, quod ponatur causa omnia requisita ad effectum, qua posita non potest impedire, neque suspendere effectum, quamvis cum illa concurrat ad eundem effectum, non libere operetur, sed [illegible] non utatur libera exercitatione immediate libertatis contradictionis, probo, quia, quod ita operetur, ut potuerit non operari: quod requiritur, quod potuerit componere non operationem cum omnibus requisitis antecedenter ad operationem, quae quidem requisita non sint in potestate libera causae, sed creatura physice praemota ita operaretur, quod non posset componere non operationem cum omnibus, quae antecedenter ad operationem requiruntur, et non sunt in potestate libera creaturae: quod creatura non operaretur libere. Probatur antecedens: praemotio physica requiritur antecedenter ad operationem, et non est in potestate creaturae, quod ponatur praemotio, +quod nequit creatura componere non operationem cum omnibus, quae requiruntur antecedenter ad operationem, et non sunt in potestate eius. Confirmatur: ideo ignis necessario comburit, et non libere, quia positis omnibus, quae requiruntur antecedenter ad combustionem, nequit suspendere combustionem, quod quia nequit componere non combustionem cum omnibus, quae requiruntur antecedenter ad combustionem, quae quidem requisita non sunt in potestate ignis, quod ponantur

[Margin: + sed nequit creatura componere non operationem cum physica praemotione, quod +]

3. Respondent adversarii, quod licet voluntas nostra non possit suspendere suam operationem in sensu composito praemotionis, potest tamen suspendere in sensu divisso praemotionis, ad libertatem autem sufficit, quod voluntas possit non operari in sensu divisso praemotionis. Contra est 2o Authoritas Concilii Tridentini sessione 6a de iustificatione, Can. 4o, ubi contra Calvinistas, et Luteranos, ita definit: Si quis

dixerit

dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motum, et excitatum, nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque moventi, quoad obtinendam gratiam iustificationis, ut se disponat, ac praeparet, neque posse dissentire, si velit, anathema sit. Unde sic arguitur: quod liberum hominis arbitrium, seu voluntas libera potest dissentire Deo vocanti: ergo potest componere cum divina vocatione non operationem: ergo potest componere cum praemotione physica non operationem. Probo consequentiam: voluntas potest dissentire Deo moventi, dissentire Deo moventi, est componere cum divina motione non operationem: ergo voluntas potest componere cum divina motione non operationem. Maior fide constat: minor ex principiis logicis constat, ergo et probo.

4. Bene valet ex vi sic: voluntas modo dissentit Deo moventi: ergo modo voluntas non operatur, et a Deo movetur ad operandum. Probo consequentiam: antecedens huic aequipollet: voluntas non operatur, et a Deo movetur ad operandum: ergo etc. Probo antecedens: haec propositio: voluntas modo dissentit Deo moventi ad operandum, aequipollet huic: voluntas modo resistit Deo moventi ad operandum: ergo aequivalet huic: voluntas modo non operatur, et a Deo movetur ad operandum. Probo consequentiam: ablato prius, quod voluntas modo a Deo moveatur ad operandum, etiamsi maneat, quod voluntas modo non operetur, formaliter, et immediate tollitur, quod voluntas resistat Deo moventi ad operandum: ergo formaliter, et immediate aufert veritatem huius propositionis: voluntas modo resistit Deo moventi: ergo haec propositio: voluntas resistit Deo moventi ad operandum, enuntiat, quod creatura non operatur modo, quod movetur a Deo ad operandum, quod autem dissentire Deo moventi, sit formaliter resistere Deo moventi, patet: nam quod ego dicar dissentire amico roganti, est formaliter, quod amicus roget, et ego non acquiescam eius precibus: sed hoc formaliter est resistere amico roganti: ergo etc. Maior constat: nam probare ablatis amici precibus, formaliter, et immediate aufertur, quod ego resistam amico roganti.

5. Contra 2o: causa libera definitur, quae positis omnibus requisitis ad operationem, potest operari, et potest non operari, et sensus definitionis est, quod causa libera talis est, quae cum omnibus antecedenter requisitis ad operationem, potest componere non operationem, alioquin si sufficeret, quod causa posset in sensu diviso a requisitis non operari, ignis esset causa libera ad comburendum, nam ignis est talis, neque quae licet non possit componere cum omnibus requisitis ad combustionem, non combustionem, potest tamen in sensu diviso a requisitis ponere non combustionem: ergo ignis esset causa libera in comburendo. Patet:

ignis potest in sensu diviso ad applicationem, quae requisitum est ad comburendum, non comburere: quod ignis potest in sensu diviso a requisitis non comburere: quod est causa libera in comburendo: sed hoc est falsum: quod non sufficit ut causa libere operetur, quod ita operetur, ut in sensu diviso a requisitis, possit non operari, sed quod ita operetur, ut cum omnibus requisitis ad operandum possit ponere non operationem: sed praemotio est requisitum antecedens ad operationem, cum quo voluntas nostra nequit ponere non operationem: quod ergo voluntas nostra physice praemota operatur, non libere operatur.

6. Unde subditur 3a impugnatio, infertur n. quod physica praemotio non solum tollat usum, seu exercitium actuale libertatis humanae, verum etiam libertatem radicalem voluntatis nostrae, idest, efficiat, quod voluntas nostra sit ab intrinseco causa necessaria, etiam libera. Probatur illatum: causa, quae necessario exigit ad suam operationem aliquod requisitum, cuius positio non est in sua potestate libera, neque ipsius ablatio, et tale requisitum est, cum quo nequit ponere non operationem, est causa necessaria radicaliter, et ab intrinseco, sed voluntas nostra exigeret praemotionem, tamquam requisitum, sine quo nihil posset operari, cuius positio non esset in sua potestate libera, neque ipsius ablatio, et praemotio tale requisitum esset, cum quo voluntas non posset ponere non operationem: quod voluntas esset radicaliter, et ab intrinseco causa necessaria. Maior probatur: hoc prius est, quod causa illa talis sit, ipsi non convenit definitio tradita pro causa radicaliter libera: quod est ergo. Probatur antecedens: causa radicaliter, et ab intrinseco libera definitur, quae positis omnibus antecedentibus requisitis ex parte actus primi proximi ad operandum potest operari, et potest non operari, idest, quae potentiam habet ab intrinseco ad operationem, et non operationem, cum omnibus requisitis ad operationem, sed si voluntas exigeret praemotionem, tamquam requisitum, sine quo nunquam operari posset, talis esset naturae, quae nunquam posset ponere cum omnibus requisitis ad operandum non operari: quod voluntas talis esset naturae, quae foret causa necessaria radicaliter, et ab intrinseco.

7. 4o Sic arguitur contra praemotionem physicam: cui nulla ratione liberum est antecedens metaphysice inferens consequens, nulla ratione liberum est consequens, voluntati nulla ratione liberum esset antecedens metaphysice inferens consequens, v.g. operationem: quod voluntati nulla ratione liberum esset consequens, v.g. operatio, dixi nulla ratione, idest, cui antecedens liberum non est immediate in se ipso, neque mediate in alio. Minor certa est: nam praemotio physica est antecedens ad usum libertatis, et metaphysice inferens operationem, quae quidem praemotio nulla ratione est in potestate libera voluntatis. Maior probatur: si alicui liberum esset consequens, non autem

n'aut ans posset ponere 9a dictorii coentis, n'aut 9a dictorii antis: g d posset ponere 9a dictorii antis, et n posset. Probo cons: ex uno capite n posset ut supponit, deinde posset nam qui pod ponere illud g. methaphe infert 9a dictorii antis, pod ponere 9a dictorii antis: s. 9a dictorii coentis methaphe infert 9a dictorii antis: g d qui pod ponere 9a dictorii coentis, pod ponere 9a dictorii antis: g d qui posset ponere 9a dictorii coentis, n'aut ponere 9a dictorii antis, posset ponere 9a dictorii antis, et n posset: g. aut 9a dictorii coentis methaphe inferat 9a dictorii antis manifestum e, alioquin n bene valeret methaphe ab opposito 9a dict coentis ad opp 9a dict antis.

8. Instar 4o n galiter posset ponere 9a dictorii coentis manente verate antis: g d posset ponere verate antis cum falsitate coentis: g d ex ant vero posset inferri coens falsum: g d ans methaphe infferret coens et n infferret. Instar 2o: bene valet: mihi e narium ans: g d impole e mihi 9a dictorii antis, nam cui narium e unum extremum 9a dictorii e impole alterum extremum 9a dictorii. Cursus bene valet: mihi e impole 9a dictorii antis: g d mihi e impole g. g. methaphe infert 9a dictorii antis: coa e manifesta, n g bene valet: mihi e pole aliq. g. methaphe infert 9a dictorii antis: g d mihi e pole 9a dictorii antis. Sed vero sic arguitur. Mihi e naria premotio: g d mihi e impolis n premotio: g d mihi e impole g. g. methaphe infert n premotione; s. n operatio methaphe infert n premotione: g d mihi e impolis n operatio: g d mihi e naria operatio. g. n operatio methaphe inferat n premotione, patet, nam operatio e coens methaphe illatum ex premotione, s. 9a dictorii coentis methaphe infert 9a dictorii antis: g d n operatio methaphe infert n premotione.

9. Arguo deinde 9a premotione: ex illa infert, g d, g d cum 9 omittimus operatione, naria e 9 omittimus, et consequenter numquam peccabimus in omi, tendo operatione precepta, g. ita pro: illud cui narium e ans, narium e et coens methaphe illatum ex ante: n premotio e ans methaphe inferens n operatione: g d cui naria e n premotio, naria e n operatio: g d cum 9 omittimus, naria nobis e n premotio: g d g d cum 9 omittimus, naria nobis e n operatio. Minor illius syli manifesta e in doctrina adversariorum, nam ex ipsis bene valet methaphe: n dat premotio: g d n dat operatio. Maior pt. Cui n

n. e. nariy coens n. e. impole 9a dicty 9entis: gd e pole 9trendiy coensy: sed cui e pole 9a dictoriy 9entis e pole 9a dictoriy antis, cui e pole 9a dictoriy antis n. e nariy ans: gd cui e pole 9a dictoriy 9entis n. e nariy ans. Maior pt, qui poest tollere 9ens, poest tollere ans, ng qui poest reddere falsy 9ens, poest reddere falsy ans, alioquin posset 9ponere 9ens falsy cy ans vero: gd cui e pole 9a dictoriy 9entis, e pole 9a dictoriy antis. Sed aut gd cung omittimus naria nobis sit n. premotio, patet in doctrina adversariory, quia nunqu e nobis libery, qd ponat premotio, aut qd n. ponat.

10. Inde plane 9ligit 1o, qd nunqu peccabimus in omittendo operationes, quas nobis precipit. Proe: ng bene valet: naria nobis e n. premotio: gd naria nobis e n. operatio, sed gd cung omittimus, naria nobis e n. premotio: gd naria nobis e n. operatio: gd n. libera: gd n. peccaminosa. 2o 9ligit, qd si tunc ~~peccatum~~ ⊞ omissio, seu n. operatio, n. nobis, sed Deo tribuenda esset [⊞ esset], gd n. peccaremus, sed Deus peccaret. Pr. peccaty illi soly tribuit, cuiliberg est: omissio tunc peccaty foret: gd tunc illi tribuenda, cui libery esset: omissio tunc nobis n. esset libera, sed Deo: gd Deo tribuenda, n. aut nobis. Ans pr: Deo soly esset libery ans, ex quo metaphe infferret omissio: gd Deo soly esset libera omissio. Pr. ans: illi soly e libery 9ens, cui soly e libery ans, n. premotio esset ans metaphe inferens omissionem: gd illi soly esset libera omissio, cui soly esset libera n. premotioi. Sed n. premotio soly esset libera Deo: gd omissio soly esset libera Deo. Cap. sect. 3a Thomistary funta evertunt.

Sectio 3a.

Thomistaru funta evertuntur.

1. Obiit 1o Alvarez: causa 2a n. e in actu per sua pog nale: gd causa 2a debet in actu 9stitui per aliqd superadditu a causa 1a: hoc superadditu e premotio phica: gd dat premotio phica. Resp. 1o: qd si loquat ans de actu esse, Libery e, qd causa 2a nequeat operari, nisi 9stituta in actu, seu exens, et a Deo ponat in hoc actu exe, quonia Deo produxit, et illi 9icat a Deo actu iste, seu exe, atque adminulis e phica premotio phica, ng creda aere poe, quin a Deo phice premoveat. Pr. Si loquat ans de actuali operatione creata, hoc e, de actu 2o, per quem

Ostuit

constituit creaturam in esse actualiter operantis, verum est, quod creatura non possit per solas suas internas virtutes in actu 2o constitui, quin a Deo sublevetur, quoniam creatura nequit actualiter operari nisi a Deo iuvetur, Deusque concurrat sub illa per eandem actionem: sed ex hoc colligitur istum 2um invalere premotionem physicam, quoniam haec non se habet ex parte actus 2i creaturae operantis; neque enim premotio est operatio ipsa creaturae, neque actio, per quam producitur eiusdem operatio: ergo premotio non est actus 2us, per quem constituitur creatura in esse actualiter operantis: ergo premotio nequit constituere creaturam in actu 2o, itaque premotio sit ipse actus 2us creaturae operantis. Consequens liquet: nam actus 2us, per quem constituitur creatura in esse actualiter operantis est, est actio, et effusio, et nihil aliud, at vero premotio se habet ex parte actus primi, secundum ipsos adversarios, nam requisitum est se tenens ex parte actus primi proximi, et antecedit omnes actus 2os creaturae.

2. Obiiciunt 2o: causa 1a non solum tribuit causis 2is virtutes suas effectivas, quibus possunt operari, sed ipsum operari, sed nequit causa 1a creaturis conferre ipsum operari, nisi physice premoveat creaturas: ergo causa 1a physice premovet creaturas. Respondetur: concedendo maiorem, et transeundo minorem. Bene verum est, quod Deus tribuat etiam creaturis ipsum operari, hoc est, iuvamen, seu concursum simultaneum, per quem sub illis ipsae creaturae operentur, et sine quo nequeunt creaturae in actum 2um prodire, at vero ad id non requiritur premotio physica, imo haec, si daretur, non tribueret causis 2is ipsum operari, itaque premotio esset ipsum operari creaturarum, sed solum tribuere posse operari, quoniam premotio physica non se haberet ex parte actus 2i; neque enim esset actio, aut operatio creaturae, sed solum se teneret ex parte actus primi, quoniam esset requisitum ad operandum, et ante omnem operationem creaturae.

3. Obiiciunt 3o: de ratione causae primae est, quod prius influat in operatione, quam 2a causa: ergo Deus prius influit in volitione nostra liberam, quam nos ipsi, sed ille prior influxus est premotio physica, cui nostra voluntas nequit resistere: ergo datur premotio physica. Respondetur distinguendo antecedens: de ratione causae primae est, quod prius influat in opus, quam 2a causa, prioritate temporis, aut originis, aut alia prioritate reali: nego antecedens: prius prioritate rationis, omitto antecedens. Itaque influxus, quo Deus influit in operationem creaturae non est prior tempore influxu creaturae, nam actio realiter eadem est influxus, quo creatura influit, et quo Deus sub influit in opus: ergo influxus, per quem 1a causa influit in operationem creaturae, non est prior tempore influxu creaturae. Deinde non est prior origine, quoniam influxus divinus si esset prior origine influxu creaturae, esset principium productivum influxus creati: ergo divinus influxus realiter distingueretur ab influxu creato:

sed

sed utrumque influxum realiter idem, et eandem actionem: ergo [illegible]. Nihilominus tamen influxus divinus poterit dici prius influxu creato prioritate rationis ea ratione, qua in fra explicabimus.

4. Obiunt 4º adversantes: Licet causa prima, et causa 2ª concurrant ad eandem actionem, nihilominus 2ª causa est causa illius actionis tantum prout est ab ipsa causa 2ª, et non prout est a Deo; Deus autem est causa illius actionis, non solum prout est ab ipso Deo, sed etiam prout est ab ipsa creatura: ergo Deus non solum causat realiter actionem illam, sed etiam per suum concursum facit actum, quo causa 2ª operetur, et consequenter non solum Deus concurrit per concursum simultaneum, sed etiam per aliquid praevium, et intrinsecum, per quod physice moveat illam ad operandum. Respondetur: quod actio illa, per quam Deus, sive, et creatura influunt in operationem, realiter loquendo, prout est a creatura, est a Deo, et etiam prout est a Deo, est a creatura, neque in eius dictae actione non dantur duae formalitates ex parte rei distinctae, quarum una fluat a Deo, et a creatura, et altera solum fluat a Deo, sed actio illa est una realiter indivisibilis entitas, quae tota fluit a Deo, et tota fluit a creatura, si vero loquamur de formalitate duplici per nostrum intellectum, quarum una explet actionem ut provenientem a Deo, et altera ut provenientem a creatura, distinguimus: potest ab intellectu nostro ratione ratiocinata, itaque neutra formalitas, claudatur in suo conceptu formali altera, neque quod explet ut provenientem a creatura, non explet formaliter, ut provenientem a Deo, neque e contra, quapropter [illegible] sensus, neque actio, prout est a Deo est a creatura, neque prout est a creatura est a Deo.

5. Obiunt 5º: Si Deus non praemoveret causas 2as, causa 2ª esset primum movens, sed hoc est absurdum incidendum in errorem Manichaeorum: ergo Deus physice praemovet creaturas. Respondetur: negando antecedens: quoniam per istud nomen primum movens intelligitur illud primum principium, a quo participat esse, et quod movet, si vero causa 2ª se moveret, idem causam [illegible] duxisset, neque materialem, neque immaterialem a Deo, verum esset quod Deus non esset primum movens omnium, quae movent; sed adhuc non inferretur, quod eius creatura esset primum movens, quia de ratione primi moventis est, quod ab eo duxerit originem, quod movet. Nos autem non negamus, quod omnis causa 2ª causatur a Deo, immo etiam fatemur, quod omnis causa 2ª indiget divino concursu simultaneo ad omnes sui operationes, unde plane colligitur non requiri quod Deus physice praemoveat creaturas ad omnes earum operationes, et longe minus infertur ex eo, quod argumentum assumit quod causas 2as debeat excitare, ac praemovere creaturas ad operandum, itaque nequeant resistere motioni divinae. Cap. 3º, an et quare causa 1ª concurrat

Cap. 3um.

An, et quare Deus causa 1a concurrat cum causis 2is ad oes earu operationes.

Sectio 1a.

Affirmativa sa contra Durandu stabilitur.

1. Durandus vir alioquin doctus, et ingeniosus in hac parte falsus e, docuit n. quod, et nulla creatura sit, quae salte mate non caet a Deo, itaque Deus sit 1a causa oium, qua pereunte, quod quod existit periret; at vero nois causa 2a pendet a Deo in operando, itaque nihil operet causa 2a, in qua ergo immatem influat ipse Deus, non dabit, itaque sua, quod causa 1a immate concurrat simultaneo concursu cum causa 2a ad oes eius operationes. Sed haec iam dudum ab scholis exulat, quamtum vero ab illa fuerit Ludovicus addo supra citatus, quinimo sed eius dicta non levibus censuris notata ab authoribus fere oibus scholasticis.

2. Sit nra conclusio: Deus causa concurrit simultaneo concursu cum oi causa 2a ad eius operationes oes, itaque Deus immate influat in oes operationes creatas. Conclusio haec pluribus sacrae scripturae testimoniis confirmari potest, quibus doctores. Suarez illa confirmat disp. 22 methaph. sectione 1a, unum, et alterum testimonium referam. Isaie 26 dicitur: oia opera nra operatus es. Et Joannis 1o: oia per ipsum facta sunt. Unde sic arguitur: quod Deus efficit oia, quae sunt: quod Deus caat immate, quod quod caat: quod immate influit in oes creaturas effectus. Probatur: si Deus non concurreret cum causis 2is influens in oes earu operationes, non caaret, et efficeret oe, quod caat: Deus caat, et efficit oe, quod caat: quod Deus concurrit cum causis 2is immate influens in oes earu operationes. Minor fide certa e. Maior probatur: causa, quae tantum immate caat effectum, non dicitur proprie, ac rigorose causa effectus, mediate: quod non dicitur proprie loquendo, quod caet, et efficiat effectum mediatum: quod non dicitur absolute efficere mediatum effectum: sed Deus dicitur in sacra scriptura absolute operari, et efficere oe, quod operatur: quod Deus non solum mate caat oe, quod caat: quod immate caat, quod quod caat: quod immate influit in oe, quod caat: quod concurrit immate cum oi causa 2a in oes eius operationes.

3. Dices: His testimoniis sacrae scripturae ad

summum

ammy probare, quod Deus immediate concurrat cum omni causa 2a ad omnes eius operationes; non
autem quod causa 2a talis sit, quae non indigeat immediato concursu Divino ad operandum, non tamen
clero eius 2a, seu creatura sit nihil operari posse, quin a Deo interim concursu simultaneo ad ope-
randum. Fateor, se nihilominus in gratiam eius, qui opinantur creaturam talem esse ab intrinseco, quae ne-
queat operari, quod quae nisi iuvetur a Deo immediate concurrente per eandem omnino actionem, qua
producit operationem a creatura. Omissis aliorum fundamentis, quibus inefficaciter id probare contendit,
probo conclusionem statutam fatendam inefficaci ratione. Implicat creatura, talis non, quam Deus nequeat
immediate producere: sed Deus non concurreret cum causa 2a immediate influens in omnes eius ope-
rationes, per eandem omnino actionem, daretur creatura illius non: quod implicat, quod Deus non concurrat
cum causa 2a immediate influens in omnes eius operationes.

4. Maior probatur praecedenti rectura, maior probatur: Divina omni-
potentia potest immediate producere, quidquid est producibile: quod implicat aliquid, quod Divina omnipotentia ne-
queat immediate producere. Consequentia manifesta est, probatur antecedens: quidquid est producibile continetur potest immediate
in effectiva virtute alicuius causae: quod continetur immediate in effectiva virtute omnipotentis Dei.
Probatur consequentia: si non contineretur Divina potentia non esset omnipotentia: quod est falsum. Probatur antecedens: Divina
potentia esset limitatae virtutis effectivae: quod est falsum. Probatur antecedens: careret virtute immediate effec-
tiva alicuius effectus possibilis, quaequidem virtus immediate effectiva esset possibilis in aliqua causa
possibili: quod Divina potentia esset limitatae virtutis. Confirmatur: nam aliter excogitari posset alia potentia
effectiva perfectior Divina: quod Divina omnipotentia non esset perfectissima omnium excogitabilium.
Probatur antecedens: illa omnipotentia, quae posset immediate producere, quidquid Divina posset, et insuper
immediate posset producere quod omnis causa possibilis posset immediate producere, potentior esset, et
maioris virtutis immediate productivae, quam Divina omnipotentia: quod Divina omnipotentia esset
limitatae virtutis, quoniam quidem esset minus perfecta, quam illa omnipotentia alia: quod Di-
vina omnipotentia debet esse talis, quae immediate possit producere quidquid est producibile, et producibile
ab aliqua causa possibili.

5. Minor illius syllogismi, quod videlicet, si Deus non concurreret
cum causa 2a immediate influens in omnes eius operationes, et per eandem omnino actionem, possibilis
esset, imo de facto daretur creatura, quam Deus non posset immediate producere, probatur: si ignis A
v.g., qui producit ignem B, Deus non concurreret cum ipso per eandem actionem, qua producitur
ignis B ab igne A actio illa solum ab igne A fluens, esset creatura talis non, quam Deus posset
immediate producere; quod si Deus non concurreret cum causa 2a in omnes eius operationes, et per eandem

actionem

actionem daret creaturae illi, ergo non. Antecedens probatur: actio illa tantum immediate flueret ab igne A exercente, quousque esset ratio formalis, per quam ignis A produceret immediate ignem B: ergo implicaret, quod actio illa tandem immediate flueret a Deo. Probatur consequentia: modus, qui semel exercitus semel est actualiter modificans duo tantum extrema, nequit idem numero exercitus modificare aliud extremum, quia semel non modificavit; sed actio illa, quae semel immediate flueret a solo igne A, si posset immediate fluere a Deo, esset idem modus, qui semel exercens modificat duo tantum extrema, posset idem numero modificare denuo aliud extremum: ergo etc.

6. Confirmatur: si actio illa posset a Deo immediate fluere, esset ab intra ratio formalis, cuius esse modalis consisteret in eo, quod per illam Deus actualiter influeret immediate in ignem B: ergo quando cum Deus poneret eiusdem actionem, poneret rationem formalem, per quam Deus actu immediate influeret in ignem B: quod implicaret, quod actio eiusdem poneretur, et per illam Deus non influeret immediate in ignem B: quod actio illa, quae semel esset ratio formalis, per quam solus ignis A immediate influeret in ignem B, talis esset, quod non posset esse ratio formalis, per quam Deus immediate influeret in ignem B: quod implicaret, quod actio eiusdem flueret immediate a Deo, sed esset creaturae: quod daret creaturae talis, quod Deus non posset immediate producere, sed hoc implicat, ut supra ostensum est: quod et actio eiusdem implicat: quod actio nulla est possibilis per quam sola creatura immediate producat effectum: quod necessarium est, quod Deus immediate influat in omnem creaturarum operationem, per eandem actionem. Sectio 2a. an concursus divinus sit indifferens ad operationes creaturarum.

Sectio 2a

An concursus divinus sit indiferens ad operationes creaturarum.

1. Concursus divinus alius est in actu 1o, alius in actu 2o: concursus divinus in actu 2o est illud, per quod Deus in actu 2o concurrit cum causis 2is, hoc est, exercitium actuale per quod causa 1a efficit operationes creaturarum, consequenter actio illa per quam Deus immediate influit in operationes creaturarum. Unde colligitur nostra 1a conclusio: concursus divinus in actu 2o non est indiferens ad operationes creaturarum. Probatur conclusio: concursus divinus in actu 2o est actio, per quam Deus efficit operationes creatas: actio nulla est indiferens ad hunc, vel illum effectum, ponendum extra causam: ergo concursus divinus in actu 2o non est indiferens ad hunc vel illum effectum creaturarum ponendum extra causam. Maior constat: minor etiam, nam actio modus est alligatus rei determinatae, cuius modus est.

2. Concursus

2. Concursus Divinus in actu 1o est omnipotentia Divina, et voluntas Divina decernens concurrere cum causis 2is per propria cuiusque natura ad quascunque ipsius operationes, quas ipsae illae exigant. Itaque concursus Divinus in actu 1o constituitur per duo, per omnipotentiam, et voluntatem Divinam. Probatur, nam concursus Divinus in actu 1o est id, quod ante operationem creaturae, requiritur ex parte actus primi, sine quo creatura nequit reduci ad actum 2um, sed si deficeret omnipotentia Divina, vel volitio illa praeparans ipsam omnipotentiam, deficeret aliquid ex parte actus primi requisitum ante operationem creaturae, sine quo creatura non posset reduci ad actum 2um; ergo concursus Divinus in actu 1o est omnipotentia, et volitio Divina praeparans ipsam omnipotentiam. Minor probatur: creatura nequit reduci ad actum 2um, quin omnipotentia Divina iuvet: ergo Divina omnipotentia requiritur ex parte actus primi ante operationem creaturae. Deinde omnipotentia Divina non iuvabit creaturam, nisi cum Divina voluntas velit: ergo Divina volitio requiritur, ut omnipotentia Divina applicet operi creaturae, et consequenter requirit ex parte actus primi ante operationem creaturae.

3. Prius quam explicemus, quare concursus Divinus in actu 1o sit indifferens ad operationes creaturarum, supponendum hic sermonem non esse de concursu Divino in actu 1o ad operationes creaturarum generali, ut extendat ad omnes operationes creaturarum, sed solum pro ut est concursus in actu 1o ad illarum creaturarum operationes, quas Deus decrevit relinquere suis naturis, et modo naturali operandi ita ut nullus videndus ipsis iterogatur sit. Probatur huius est, nam certo scimus, quod Deus non semper causas 2as ita relinquit suo naturali modo operandi, quod aliquando non inferat ipsis violentiam, adest tenendam per sua miracula. Hoc supposito, concursus iste Divinus in actu 1o, de quo loquimur recte potest dici indifferens ad operationes creaturarum, sed cum eiusdem concursus, et omnipotentia, et voluntate Divina constet, diversas rationes indifferentiae sortitur per diversas indifferentias, quae competunt, et omnipotentiae et volitioni Divinis.

4. Igitur, concursus Divinus in actu 1o sortitur duplicem indifferentiam, ratione omnipotentiae, quae quidem duplex indifferentia naturalis est, seu non libera. Prima indifferentia poterit appellari varietatis, ratione cuius Divina omnipotentia est indifferens ad infinitas operationum species, quas potest producere. Huic indifferentiae opponeretur determinatio, seu limitatio, ratione cuius hos effectus, tamen et non alios posset producere. Haec indifferentia talis erit, ut quaelibet operatione creaturae cuiusque a cuius natura determinat omnipotentia ad hunc potius effectum, quam ad aliquam speciem diversum, aliquem ignis determinat ad producendum cum igne calorem

potius

potius, quam frigiditatem, et ignis potius, quam nivem, et tandem nivis detrat ad producenda frigiditate, potius, quam calorem, et sic de reliquis causis 2is ex diversis ipsarum naturis, quae indifferentia contradictionis poterit appellari ratione cuius Omnipotentia Divina non est abintra alligata ad producendum in instanti B potius quam ad non producendum. Contra indifferentia opponeretur determinatio causae naturalis per quam alligata est ab intra ad producendum hic et nunc effectum, seu alligata esset ad non producendum: haec indifferentia determinatur a creaturis mediante volitione Divina libera, ex vi cuius Deus libere alligat Omnipotentiam suam ad producendam hic, et nunc operationem creatam, dependenter ab exigentia creae.

§. 2o. Concursus Divinus in actu 1o competit alia indifferentia ratione volitionis Divinae liberae, cui convenit indifferentia, quia est libera, per quam libere subjicit ipsa voluntas Divina, et Omnipotentia exigentiis creaturarum, decernit quod sub cum ipsis concurrere, itaque pendeat indifferens eius efficacia ab exigentia creaturarum, ac decernat, ipsis violentiam non inferre, aut apponendo impedimentum, aut illos physice praemovendum ad operandum. Haec autem volitio Divina non est abintra indifferens ad singulos creas indifferentia contrarietatis, qua ratione a multis asserit, itaque sit indifferens ad concurrendum cum creatis, tam ad illos effectus, quos ipsa creatura naturaliter potest producere, quam ad illos effectus, qui nulla ratione potest producere, utpote indifferens, ut ignis ad producendum calorem, seu frigiditatem, et ita vel detrat tandem igni ad producendum calorem, potius quam frigiditatem. Ratio huius est, nam volitio Divina, quae quoad exercitium determinandi producendum est, vult, ac decernit in particulari, non quasi in confuso, confundendo, determinat pluralitatem obiectorum, quicquid modus confusus volendi Deo intrinsece repugnat, sicut etiam repugnat cognitio confusa, quae ab intra sit talis, et confundens pluralitatem obiectorum. In creaturis autem reperiuntur volitiones, quasi confusae confundentes pluralitatem obiectorum, propter ipsarum creaturarum imperfectionem, quoniam in ipsis creaturis reperiuntur cognitiones imperfectae, confusae quod, et modus volendi sequitur modum cognoscendi, propterea quod sequitur modus volendi ab intra, quasi confusus: quod in Divina voluntate solum reperiuntur volitiones, quasi clare decernentes singula obiecta in particulari: quod Deus in particulari decernit concurrere cum igne ad id, quod ignis potest producere: quod solum decernit concurrere cum igne ad producendum calorem, seu ignem, et sic de reliquis creaturis: quod non decernit concurrere cum igne indifferenter ad ignem producendum, seu nivem, calorem, seu frigiditatem. Pro conditione: cuius volitio si ita decerneret, esset impertinens, otiosa, et nugatoria, nam Deus

novit

novit ignis et naturae exigentiae solum posse producere ignem, et calorem, quod impertinens esset indiferenter decernere concurrere cum igne tum ad producendum ignem, quam nivem, calorem, vel frigiditatem.

6. Unde volitio praeparans divina omnipotentia non est a se indiferens, sed solum indifferentiam contrarietatis ad diversas, et contrarias operationes, quas unaquaeque creatura secundum naturae suae exigentiam potest producere, et non ad alias. Similiter est indiferens indifferentia contradictionis, quatenus decernit producere, vel non producere hic, et nunc operationes creatas, dependenter ab exigentia naturali cuiusque creaturae. Utraque indifferentia talis dicitur rationem creaturae, quoniam volitio divina libere subiicit omnipotentiam divinam exigentiae naturali creaturae, itaque pendeat, quoad efficaciam, ab exigentia cuiusque creaturae, tamquam a determinativo. Haec autem indifferentia diverso modo determinatur ab exigentia causae naturalis, et ab exigentia causae liberae, ratione causae naturalis determinatur a natura ipsius, et a positione actus primi proximi ad operandum, ex cuius positione determinatur Deus ab exigentia naturali causae naturalis, ut simul cum illa in eodem instanti operetur. Ratione autem causae liberae dicitur indiferens volitio divina, quatenus pendet quoad efficaciam ab eiusdem causae libera determinatione, non itaque expectet, quod re ipsa ponatur extra causas creatae determinatio, ut simul cum ipsa concurrat, nam quod creatura debet ad amandum, et quod amet creatura, et operetur, et quod amet creatura, et quod Deus simul amet cum ipsa, nec itaque expectet determinationem creaturae, ut praevisam absolute futuram, nam haec volitio antecedit praevisionem absolutam determinationis creatae, sed itaque eius efficacia pendeat, tamquam a determinativo a determinatione libera creaturae conditionate futura sub tali, vel tali circumstantia, qua posita et praevisione divina conditionata determinatur Deus ad simul operandum cum creatura libera in eius instanti, et circunstantiis, sub quibus praevisa est eius determinatio creaturae, seu operatio conditionate futura.

7. Rogabis: an illa volitio divina praeparans divinam omnipotentiam ad concursum in actu 2° sit absoluta, an solum conditionata ex parte obiecti? Resp. esse virtualiter partim conditionatam, et partim absolutam. Probatur 1°: Ex vi volitionis illius decernit Deus concurrere cum causis 2is, secundum proprietatem cuiusque nam ad eas ipsas operationes, quas illae exigant: quod duo decernit 1°, relinquere creaturis suis, et modum naturalem operandi, consequenter decernit videntibus nullam ipsis inferret: quod decernit non physice praemovere creaturas nec apponere ipsis impedimentum ad operandum, sed hoc absolute decernit, ante eadem operationes creaturae: quod volitio illa ex hoc capite est absoluta. 2°, quod decernit, est concurrere cum

creaturis

creis ad operandum ... quod decernit creaturam invare adoperandum defert ab exigentia naturali creatura, tamquam a conditione, sine qua non exercebit suam efficaciam: quod ex isto capite non absolute decernit operationem creaturae, sed virtualiter conditionate, explicite dicitur, quatenus dependeat efficacia illius a conditione, ab exigentia naturali causae naturae, et a beneficentia causae liberae, supra explicatae.

8. Colliges, quod volitas illa sufficienter praeparans Omnipotentiam ad concursum in actu 2°, non est permissiva solum, seu negativa, quibus solum decernat Deus non apponere impedimentum causis 2is, neque illas physice praemovere ad operandum, vel aliquibus viribus. Probatur 1°: si Deus solum illud decerneret, ex vi illius volitatis necessaria absolute, et efficax voluntas omnino independens ab exigentia creaturae, quod quidem ipsi nanque, quibus cum contendimus: quod volitas praeparans sufficienter divinam Omnipotentiam ad concursum in actu 2° cum creis, non illud solum decernit. Antecedens supra ostensum est, et nihilominus probatur: quoniam Deus decernit nullam violentiam causis 2is inoperando, irrogare, antecedenter ad operationem, et independenter ab omni conditione, consequenter sua efficacia decernit independenter ab aliquo determinativo, et conditione: quod volitio illa efficaciter omnino, et absolute decernit illud totum, quod vult. Probatur 2°: neque si volitio divina illud solum decerneret, non esset sufficiens, ut creatura reduci posset ad actum 2um: quod non sufficienter praepararet Omnipotentiam divinam ad concurrendum cum causis 2is ad operationem. Probatur antecedens: praesuppositum, quod praemotio physica non immittatur creis, neque apponat illis impedimentum ad operandum, similiter, et in mate poneret, quod quod decernit volitas illa, sed adhuc non poneret operatio creaturae: quod volitas illa non esset sufficiens, ut creatura reduci posset ad actum 2um.

9. Confirmatur: quod res ipsa ponit concursum divinum in actu 2° ponit ex vi, et efficacia volitionis divinae praeparantis Omnipotentiam ad concurrendum cum creis: quod volitas illa praeparans Omnipotentiam decernit aliquam rem, sive absolute, sive conditionate operationis creatae: quod decernit aliquid positivum explicite dictum: quod non solum decernit aliquid negativum, videlicet, non praemovere physice creaturas, neque ipsis apponere impedimentum ad operandum. Dices: hoc ipso, quod Deus decernat relinquere creaturas suis viribus liberis, illis relinquit divinam Omnipotentiam uti ad operandum, quandoquidem divinam Omnipotentiam Deus creis libere subiecit, ut illa utantur, quoties operentur. Contra est 1°: ex vi volitatis divinae, qua solum decernat non apponere causis 2is impedimentum, neque illas physice praemovere ad operandum, non subiicit Omnipotentiam creis, ut ipsa utantur, quoties operentur, neque quod creatura utatur divina Omnipotentia, quoties operatur: quod

Deus

Deus ergo operetur sub cum creaturis: quod operatio Divina: quod Deus prius decernere debet sub cooperationem, seu concursum in actu 2°, ex vi volitionis illius, I. absolute, I. conditionate: quod volitio illa praeparans Omnipotentiam non solum est negativa seu permissiva decernens non impedire operationem, neque dimittens modum operandi creaturarum immittens ipsi praemotionem physicam.

10. Dicendum 2°: Volitio sufficienter praeparans Omnipotentiam Divinam ad concursum in actu 2° cum creaturis, non solum decernit illas non impedire ad operandum, et ipsarum naturam; sed etiam decernit iuvare causas 2as ad operationem: quod volitio eius non solum est negativa, seu permissiva, sed etiam positiva decernens illas iuvare: sed iuvare creaturas et ipsarum naturam operandi modum, non solum dicit non apponere illis impedimentum, neque immittere physicam praemotionem, sed etiam dicit, sub cum ipsis operari: quod volitio illa etiam decernit positive operationem creatam, I. absolute, I. conditionate. Alioquin probatur: nam aliter, quod Petrus amat, Paulus iuvaret Petrum ad amandum, et concurreret cum Petro ad amandum: sed hoc est absurdum: quod est. Probatur maior: quod Petrus amat, Paulus illi non apponit impedimentum ad amandum, neque physice praemovet Petrum ad amandum: quod Paulus iuvaret Petrum ad amandum, et sub cum ipso concurreret ad amandum.

11. Replicabis: ex vi volitionis Divinae permissive tantum, seu negative, quia Deus decernit relinquere causas 2as suis viribus, decernit non negare ipsis causis 2is suum concursum in actu 2° ad operandum, quod satis est, ut Omnipotentia Divina maneat in potestate causarum 2arum ad utendum ipsa, quoties operentur. Dicendum est: nam quod Deus decernat non negare suum concursum in actu 2° creaturis, quoties illae exigant, est idem formaliter, atque quod Deus decernat concedere creaturis suum concursum in actu 2°, quoties illae exigant: sed quod Deus concedat suum concursum in actu 2° creaturis, est quod etiam ipse Deus sub cum operetur cum creaturis: quod volitio illa non solum est permissiva, seu negativa, sed positive decernens operationem creatam, et Divinam aliquo modo, I. absolute, I. conditionate.

12. 2° obiicies: quod volitio Divina praeparans Omnipotentiam ad concursum in actu 2°, non est talis, quae decernat per hunc modum: Volo concurrere cum Petro ad amorem, si se determinet ad amandum, et volo concurrere cum Petro ad odium, si se determinet ad odio habendum. Probatur: nam haec volitio esset otiosa: quod talis non est. Probatur antecedens: quod Petrus se determinet ad amandum formaliter est, quod Petrus elliciat, seu producat actum amoris, et quod se determinet ad odio habendum, formaliter est quod producat actum odii: quod illa volitio aequivalleret huic: Volo concurrere cum Petro ad amandum, si Petrus producat actum amoris: quod expectabit Deus, quod prius se determinet Petrus ad amandum, ut postea Deus sub cum ipso Petro producat actum amoris: quod Deus expectabit

tamen

tam quoniam actio ... attritio ... actus amoris, quo quidem Deus efficiat actus amoris ... sicut actio qua Deus ... actus amoris, eadem realiter indivisibilis entitas, cum actione, per quam Deus ... cum ipso ... produxit actus amoris: quod Deus ... in re ... concursus in actu 2°, ut ipsius ponatur actu 2° quod est absurdum. Sect. 3ª an concursus Divinus prior sit concursu creato.

Sectio 3ª

An concursus Divinus prior sit concursu creato?

1. Si loquamur de concursu Divino in actu 1°, et ipsum conferamus cum concursu creato in actu 1°, dicendum est quod Divinus concursus prior est tempore, origine, et natura concursu creato. Probatur: concursus Divinus in actu 1° est ipse Deus, et concursus in actu 1° creatus est creatura, Deus est prior tempore, origine, et natura quam creatura: ergo concursus in actu 1° Divinus est prior tempore, origine, et natura concursu creato in actu 1°. Si vero loquamur de concursu Divino in actu 2° et illum conferamus concursui creato in actu 2°, dicendum est 1° concursus Divinus in actu 2°, non est prior tempore concursu creato in actu 2°. Probatur sic: concursus Divinus in actu 2° et concursus creatus in actu 2° est eadem realiter indivisibilis entitas, seu actio: ergo Divinus concursus in actu 2° nequit esse prior tempore concursu creato in actu 2°.

2. Dicendum est 2° propter eandem rationem: concursus Divinus in actu 2° non est prior natura, id est origine, creato concursu in actu 2°, nam concursus Divinus in actu 2° est idem realiter cum concursu creato in actu 2°: ergo concursus Divinus in actu 2° non est principium communicans esse concursui creato in actu 2°: ergo non est origine, id est natura prior concursu creato in actu 2°. 3° dicendum est: concursus Divinus in actu 2° ... nomine importat non est prior concursu creato prioritate in subsistendi consequentia, realiter loquendo. Probatur 2°: ... concursus mutuo se inferunt metaphysice: ergo non exercet inter ipsos concursus prioritas in subsistendi consequentia. Probatur antecedens: bene valet: Deus concurrit in actu 2°: ergo creatura concurrit in actu 2°, et e contra: ergo mutuo se inferunt metaphysice. Probatur antecedens quoad 1ª partem, in qua sola videtur esse difficultas: haec propositio: Deus concurrit in actu 2°: aequivalet huic: Deus operatur simul cum creatura: ergo bene valet Deus concurrit in actu 2°: ergo creatura concurrit in actu 2°. Probatur antecedens: posito ablativo: ergo creatura simul cum Deo operetur formaliter, et immediate aufert ergo Deus concurrat in actu 2° et e contra: ergo etc. Unde colligitur, quod nulla prioritas exercet inter concursus Divinus in actu 2°, et concursum creatum in actu 2°.

3. Dices:

3. Dices: bene valet: creata operatur: ergo Deus operatur; non autem e contra: ergo concursus Divinus in actu 2.o prior est in subsistendi cons. concursu creato in actu 2.o. Nec dicendo aliis, et negando locis; et ex illo quippe, quem ante solum infert, quod operatio Divina logice sit prior in subsistendi cons. operatione creata; non autem quod concursus Divinus in actu 2.o sit prior concursu creato in actu 2.o. Fixi logice, quoniam prioritas eiusdem non exercet inter duo extrema eadem phisice, et ex parte obiecti, et solum eadem logice. Nec enim ideo bene valet: datur operatio creata, id est, aliqua operatio creata existit: ergo aliqua Divina operatio existit, quod quaelibet operatio istius collectionis, vel dicti operationis creatae omnis, quam quidem collectionem perambulat distributive detracte rursus aliqua operatio creata est eadem realiter cum operatione Divina secum identificata: et ideo non valet aliqua operatio Divina existit: ergo aliqua operatio creata existit, quia in collectione operationum Divinarum omnium, quam quidem collectionem perambulat distributive detracte rursus ille aliqua operatio Divina, datur aliqua operatio Divina realiter adaequate distans ab omni operatione creata, ita ut ipse ex eo non valet ad existentiam operationis creatae. Eo quomodo phisice solum quod existentia obiecti non est idem extremum illud, quod infert, et ex operatione creata, et illud quod non infert operationem creatam, nam quod infert ex operatione creata, est aliqua operatio Divina realiter identificata operationi creatae, ergo quod non infert operationem creatam, est aliqua operatio Divina realiter adaequate distans ab omni operatione creata.

4. Quapropter, si comparemus operationem illam creatam cum ista operatione Divina, quam infert, existentia obiecti phisice logice secundo et... illa infert, nam operatio creata B solum infert methaphisice operationem Divinam A secum identificatam, et haec etiam methaphisice infert operationem creatam B secum identificatam, infert, inquam, realiter logice, colenturque mutuo se inferunt realiter logice, itaque prioritas ista in subsistendi cons., prioritas, inquam, realis logica, solum exercet inter extrema duo, quae logice sunt eadem extrema, vel dicta extrema haec: Aliqua operatio Divina: aliqua operatio creata, nam sicut istis duae propositiones dicuntur haec unum, et idem subiectum logicum): Aliquis homo est niger: aliquis homo est albus, licet una verificetur de Petro, et altera verificetur de Paulo: ita similiter, quando dicitur: Bene valet: aliqua operatio creata existit: ergo aliqua Divina operatio existit, non autem e contra valet: aliqua operatio Divina existit: ergo aliqua operatio creata existit: operatio Divina, quae infert ab operatione creata, et operatio Divina, quae non infert operationem creatam, sunt obiectiva extrema phisice diversa, dicuntur tamen unum, et idem extremum logice logico, quia

signat

signat vno, et eodẽ pro logõ distinctiuẽ de trate signante, i.e. d.t aliq.a operat.e Dina.

5. Instabis: noĩe isto: Dcursus Diuinus in actu 2.o n. sig-
namus operationẽ Dinã, q.t vt ẽ Dcursus in actu 2.o. S.t tamẽ illud, q.d denoĩat D-
cursus Diuinus in actu 2.o: S.t operatio Dina ẽ illud, q.d denoĩat Dcursus in actu 2.o: q.d
solũ signat operatio Dina: S.t operatio Dina ẽ prior saltẽ logẽ in subsistendi cõa
operationẽ creata: q.d illud, q.d denoĩat Dcursus Diuinus in actu 2.o prior ẽ logẽ in subsi-
stendi cõa Dcursu creato in actu 2.o: q.d Dcursus Diuinus in actu 2.o aliq.a roẽ prior ẽ in
subsistendi cõa Dcursu creato in actu 2.o. Sed, q.d illud, q.d denoĩat Dcursus Diuinus
in actu 2.o solũ ẽ actio illa, q.a Deus sul cũ crea operat, quoniã nihil aliud ẽ, q.o de-
noari possit Dcursus Diuinus in actu 2.o; actio n. p.r quã Deus solus operet, nequit
denoari Dcursus in actu 2.o; quia nequit esse actio, p.r quã etiã crea sul operet, s.d
actio nulla, p.r quã Deus sul cũ crea operat ẽ prior reali prioritate in subsistendi
cõa actione, p.r quã etiã crea operat: q.d neq. illud, q.d denoĩat Dcursus Diuinus in
actu 2.o ẽ prior reali prioritate in subsistendi cõa Dcursu creato in actu 2.o. Mi-
nor p.t: actio, p.r quã Deus sul cũ crea operat, et actio, p.r quã crea sul cũ Deo
operat, se mutuo inferunt, nec hã ghẽ realit logõ, quoniã idem n. sunt realit inter se.

6. Dicimus n. dari prioritatẽ realẽ in subsistendi cõa
inter actionẽ illã, q.a vt ẽ a Deo, et actionẽ illã, q.a vt ẽ a crea, nã si fralit loquamur,
idẽ, si loquamur de fralitate illa duplici, quarũ vna ẽ actio, vt a Deo fluit, et
altera ẽ actio, vt a crea fluit, poterit admitti, q.a inter illas fralitates datur prioritas
fralis in subsistendi cõa. Ratio huius ẽ; nã eiusdẽ fralitates, roẽ roata dist.æ
Dnectunt n. mutuo fraliter logõ, quia fralitas actionis, vt ẽ a crea, Dnectit fra-
liter logõ cũ fralitate actionis, q.a vt ẽ a Deo, n. autẽ e contra. P.r: tunc duo Dcepta
frales, seu duæ fralitates, v.g. A, et B Dnectunt n. mutuo fralit logõ, q.d fra-
litas B, talis Dceptus ẽ, q.a n. sit posis entas, q.e ipsũ Dceptũ participet, q.a n. par-
ticipet fralitatẽ, seu Dceptũ A; s.t vero posis ẽ entas, q.e participet Dceptũ A,
q.a n. participet Dceptũ B, s.t actio fluens a Deo, et actio fluens a crea tales
Dceptus sunt: q.d Dnectunt n. mutuo. Minor p.t: impossis ẽ entitas, q.e sit actio
fluens a crea, q.a n. sit actio fluens a Deo, et posis ẽ entitas, q.e sit actio fluens
a Deo, n. autẽ fluens a crea: q.d etc. Unde Dligit, q.d inter eiusdẽ fralitates

Dcedi pot

concedi posse prioritatem in subsistendi ratione, non, inquam, prioritatem realis, sed formalis, idest, non inter realitates, sed inter formalitates, quatenus secundum esse, videlicet, actio fluens a Deo, prior erit in subsistendi ratione formalitate logica, secundo, quam alterius, videlicet, actionis fluentis a creatura.

7. Ut autem haec omnia clarius intelligantur, advertere, quod prioritas in subsistendi ratione alia est physica, et alia logica. Prioritas physica erit alia formalis, idest, inter formalitates ratione distinctas, alia erit realis, idest, inter realitates distinctas realiter. Formalis exercebitur inter formalitates eo modo, qua supra praecedenti visum est. Realis esset illa, quae intercederet inter entitatem A, et entitatem B, quatenus entitas B, duceret originem ab entitate A, et nihilominus metaphysice connecteret entitatem A, sed vero entitas A minime connecteret metaphysice entitatem B. Prioritas logica erit illa, in qua extremum, quod infert ex posteriori extremo non est ex parte obiecti, et physice idem, atque illud extremum, quod non infert alterum extremum posterius, sed tamen est idem extremum logice, logicaliter; hac ratione dictum est superius, quod operatio Divina prior est operatione creata.

8. Rogabis: an iste conceptus: concursus Divinus in actu secundo sit prior ratione nostra, seu prioritate rationis, conceptu isto, concursus creatus in actu secundo? Respondeo negative, quod ita probatur, nam vel ille conceptus sumitur, ut sumi debet; pro eodem, atque isto, coniunctio seu coidentitas actionis Divinae cum actione creata, vel sumitur pro eodem, atque isto; actio illa Divina, quae denominat, vel denominari potest concursus in actu secundo, si primo modo sumatur concursus Divinus in actu secundo, et concursus creatus in actu secundo sunt in eodem instanti, et signo rationis: ergo neuter conceptus est prior alterio. Probatur: conceptus illi logice sunt aequivalentes: ergo sunt in eodem signo, et instanti rationis. Probatur: concursus Divinus in actu secundo est coidentitas actionis Divinae cum actione creata, et concursus creatus in actu secundo est coidentitas actionis creatae cum actione Divina: sed coidentitas utraque est conceptus aequivalens: ergo et antecedens. Minor probatur: per se posita una coidentitate illarum formaliter, et immediate ponitur altera, et est contra: ergo et consequentia. Confirmatur: dextra Petri cum Paulo, et dextra Pauli cum Petro sunt conceptus aequivalentes logice: ergo similiter in nostro casu.

9. Si vero secundo modo sumatur concursus Divinus in actu secundo, non erit prior concursu creato in actu secundo, sed formalitates illae, videlicet actio fluens a Deo, actio fluens a creatura sunt in diversis, et disparatis signis rationis. Probatur: formalitates eiusdem

realiter invicem

se adinvicem excludunt, quarum neutra dicit in suo conceptu formalis alterius: ergo neutra est prior altera. Quod illae formalitates se adinvicem excludant, supra ostensum est contra rationes, quibus Thomistae suam physicam praemotionem nituntur probare. Consequentia probatur: Ut unus conceptus sit prior altero, debet includi formaliter in conceptu alterius; sed neutra illarum formalitatum includit formalitatem in conceptu alterius: ergo neutra est prior altera. Minor patet, quia sunt formalitates se adinvicem excludentes. Maior probatur: Ut unus conceptus sit posterior altero debet esse realiter cognito, et explicato formaliter, eliminato explicato altero, nam hoc est [illegible] ad hoc requiritur, quod formaliter constituatur per alterum, nam est ratio: ergo requiritur, quod in suo conceptu formali claudat alterum. Sectio 4a: Praecipuum fundamentum Durandi desumptum ex eo, quod Deus esset causa peccati, evertit.

Sectio 4a.

Praecipuum fundamentum Durandi desumptum ex eo, quod Deus esset causa peccati, evertit.

1. Durandus arguit in hunc modum: Si Deus immediate concurreret ad omnes creaturum actiones, concurreret etiam immediate ad peccatum; si Deus immediate concurreret ad peccatum, esset causa peccati: ergo si Deus immediate concurreret ad omnes creaturum actiones, Deus esset causa peccati: hoc autem absurdissimum: ergo etc. Huic argumento respondent Thomistae plures, Deum tantum modo influere in totum entitatis, quae in peccato est, non autem in rationem specificam peccati, ex qua provenit peccatum, quod sit formaliter tale. Solutio haec non sine causa irridetur a Durando, nos autem contra solutionem istam sic argumentamur: Totum entis, quae in peccato est, realiter identificatur cum illa ratione specifica peccati: ergo illud totum est una realiter indivisibilis entitas: ergo causa, quae realiter influit in totum illius entis, influit etiam realiter in rationem specificam peccati.

2. 2o respondent alii: quod Deus non est causa peccati, quia solum influit in materiale peccati, non vero in formale peccati, nam in quolibet peccato actuali considerant, et materiale et formale, quod in actu odii Dei considerant alii istius authoribus, et entitas positiva illius actionis, quae quidem entitas appellatur ab ipsis materiale peccati; considerant etiam malitia formalis illius actionis, quae dicitur formale peccati, consistitque in privatione

debitae

debiti rectitudinis, itaque asserunt Dei influere in materiale illud, non autem in formale. Denterque Deum esse causam materialis peccati, non autem formalis peccati. Contra: Homo tamen dicitur causa peccati, etiam quoad formale, in quantum elicit libere actionem illam positivam, quae sui annexa est illa privatio debiti rectitudinis, sed Deus etiam libere elicit eandem actionem illam, cui annexa est illa privatio debiti rectitudinis: ergo Deus etiam erit causa peccati etiam quoad formale.

3. 3° respondent alii Deum non esse causam peccati, sed hominem, quia homo dictat Dei ad illam actionem, Deus vero dictat, qui quia indifferens est ad concurrendum in actu 2° ad illam actionem, id est ad non concurrendum, Deus enim offert suum concursum indifferentem homini ad bonum, et ad malum indifferentem, quod ut homo illo utatur ad eliciendam actionem moraliter malam, id est vitat. Contra est: si Deus ideo praecise non peccaret, creatus qui manum et ingenium permitteret Paulo ad omnia ipsius opera, sive bona, sive mala moraliter, non peccaret, neque peccaret, si dictatum Paulo cum ipso concurreret ex viudatis illius ad peccandum, hoc est absurdum: ergo non ideo praecise Deus non peccat, quia offert concursum creaturae indifferentem ad bonum et malum, dictatumque a creatura concurrit ad malum.

4. Dices: rogo esse discriminis, quod homo lege charitatis tenetur vitare malum proximi, si commode possit, Deus autem tamen non tenetur denegare suum concursum generalem ad quoscumque actus creaturae, ut potius teneatur illum offerre, ut est author naturae, eiusque quod naturalis provisor. Contra est: quod non ideo praecise Deus non peccat, quia indifferenter se praebet creaturae ad bona illius, sive ex se, sive ad mala, sed ulterius etiam, quia Deus non tenetur se indifferenter non praebere, immo ad oppositum tenetur ut author naturae; quod illa ratio formalis superius tradita propter quam Deus non peccat, insufficiens fuit. Praeterquam quod neque solutio ista 2° res satis explicat, neque ulterius rogo, cur Deus non tenetur vitare peccatum ad quod suo concursu concurrit, creatus autem vitare tenetur.

5. 4° respondent alii, quod Deus non est causa peccati, quia non vult peccatum creaturae absoluta voluntate, sed tamen conditionata, videlicet, si creatus se determinaverit ad peccandum. Contra est 1°: illa ratio, quam supra probavimus voluntatem et rationem conditionatam inutilem fore. Contra est 2°: quod si creatus vellet non absoluta voluntate, sed conditionate peccatum Pauli, creatus non peccaret: hoc est absurdum: ergo non ideo praecise Deus non peccat, quia non vult absolute peccatum Pauli, sed tamen conditionate. Confirmatur: si Princeps ita decerneret conditionate, quod Paulus iniuste occideret Franciscum, verbi gratia si Paulus voluerit, ipsum iuvabo ad occidendum

decidendi, tranq. Prius procul dubio peccaret: quod non ideo, potissime Deus non peccat, quia non vult peccatum Pauli absolute volat, sed solum conditionate.

6. Secundo rent alij: Deum non esse causam moralem peccati, quoniam actio illa externa, per quam Deus concurrit ad peccatum, sive concursum ille externus non est liber Deo immediate, et formaliter in se, sed in volatione illa divina, quae antecessit in Deo, et ex vi cuius Deus praeparavit homini concursum expeditum ad actum peccati, quae quidem volatio est honesta. Unde Deus non est causa moralis peccati, quoniam eo ipso Deo non tribuit vitio, seu culpae peccatum hominis. Quod volatio illa sit honesta probant, quia est tamen permissiva, solum quia decernere non impedire peccatum hominis, Deus quod non tenet impedire hominis peccatum, imo Deus docet permittere peccatum hominis propter altissimos fines providentiae, ut videlicet bonos muneret gratia, et gloria, malos autem in infernum perdat, ostendatque misericordiae suae, atque divinitatis miracula, neque voluntas illo placet in peccato, neque illud approbat, neque determinat hominem ad peccatum, sed potius ab homine determinatus concurrit ad peccatum.

7. Displicent primo, quoniam asserunt volitionem illam, per quam Deus praeparat sufficientem omnipotentiam ad concursum in actu secundo, esse solum permissivam, quae quidem solum decernat non apponere impedimentum causis secundis ad operandum, neque ipsas physice praemovere, hoc in quam displicet propter illa omnia puncta, quibus supra oppositum probatum reliquimus. Secundo displicent, quoniam non reddunt formaliter rationem adaequatam, propter quam Deus, quando simul cum homine concurrit ad eliciendum actum odij Dei, actionem eiusdem, seu peccatum Deo non tribuat moraliter, neque dependenter peccatum, consequenter quod non denominet moralis causa peccati. Probatur: nam si volitio illa talis designata esset adaequata, potissime posito quod Deus ex vi volitionis illius designatae concurreret simul cum homine ab illo determinatus ad actum odij Dei, formaliter, et immediate ponerent haec duo, videlicet quod Deus concurreret ad peccatum, et quod eiusdem peccatum non tribueret moraliter Deo, sed hoc falsum est: quod etc.

8. Syllogismus praecedens rectum est, maior constat. Minor probatur: quod Deo non tribuat moraliter peccatum, constituit etiam per aliquid nativum: hoc nequit formaliter, et immediate poni, potissime posita illa volitione, et quod Deus a creatura determinatum, et ex vi volitionis illius concurrat ad peccatum: quod etc. Minor constat, nam illa omnia, quae potissime ponunt sunt positiva, et ex potissima positione positivi, nequit formaliter, et immediate poni aliquid nativum. Maior probatur: quod eiusdem peccatum Deo non tribuat moraliter

Ishitveseq per hoc, q. nullus det titulus propter quod Deo moralis tribuat peccatum: q. Ishitveseq per aliquid negativum. Probatur: si stante illa conditione preparante Omnipotentiam ad concursum in actu 2°, prius poneret in Deo, q. ipse hortaretur hominis ad peccatum, aut promissum polliceretur homini peccanti, eiusdem peccatum moraliter Deo tribueret, ac Deus peccaret: q. q. Deo non tribuatur moraliter eiusdem peccatum, non solum consistit per hoc, q. illa conditio preparans Omnipotentiam ad concursum in actu 2°, sit formaliter honesta, et ex vi voluntatis illius dictantis a creatura concurrat Deus ad actum peccati.

9. Primum quoniam difficultatem examinemus: Suppono quod Deus est causa physica peccati, et influere physice in omne illud peccati, in quo creatura physice influit. Probatur hoc suppositum: creatura quando committit peccatum odii Dei solum influit physice per actionem positivam in actum odii Dei, sed etiam Deus physice influit per eandem actionem in eundem actum: q. Deus physice influit in omne illud peccati, in quo creatura physice influit. Si vero cum Thomistis [illegible] creatura influit etiam physice in formale peccati, Deus autem non influit, sed solum in materiale peccati. Contra est, nam vel illud formale peccati est privatio debitae rectitudinis, distincta a difformitate positivae actionis creaturae cum dictamine conscientiae creaturae, vel non, sed est formalitas per quam actio creaturae denominatur peccatum creaturae. Si primum dixeris, supponis falsum, dari videlicet, Fissq privationem debitae rectitudinis earo edistz. Praeterea vel illa privatio est entitas positiva, vel quid pure negativum; si est aliquid positivum, nulla entitas positiva creata est, in qua Deus non influat physice, si quid pure negativum est, nulla causa potest in illud actione physica influere: q. neque creatura poterit.

10. Si vero formale peccati sit formalitas per quam actio creaturae denominatur peccatum creaturae, illa formalitas erit actio creaturae quae difformatur dictamini conscientiae creaturae, et dictamen, cui difformatur, q. quidem dictamen dictat creaturae turpe moraliter esse, q. ipsa ponat illam actionem, atque praeterea libertas radicalis, et actualis creaturae, quae exercet in positione illius actionis alterna creaturae, quae subiicit illi dictamini, tenetur q. illi non difformari, sed haec omnia sunt positiva creata: q. in illud totum Deus physice influit: q. Deus physice influit in formale peccati, hoc est, in totam formalitatem, sive physicam, sive metaphysicam, per quam actum odii Dei denominatur peccatum creaturae. His accedit, q. creatura non influit physice in totam illam formalitatem, quoniam creatura non influit physice in se ipsam, q. non influit physice in libertatem suam radicalem, neque influit physice in naturam ipsius creaturae talem, quae subiicit illi dictamini conscientiae, et quae talis est, ut teneatur non difformari dictamini eiusdem.

11. His suppositis

11. Atsupposita asserere ideo Deum non peccare, quod concurrit in actu 2° cum creatura ad peccatum, d[e]terminans neque causa esse moralis peccati, quia Deus, quando concurrit ad peccatum, nulla volunta[s] dat[ur] in ipso inhonesta, sed decretum quo ipse Deus posuerit volu[n]tas, quae nunc dat[ur] est conformis rectae rationi, habita quoque tamen pro termino et fine honestissimo: quod Deus non denotat peccans, neque causa moralis peccati creatae. Consequentia patet, nam quisquis peccans denotat ratione voluntatis alicuius inhonestae, talis denotat.

Antecedens probatur: imprimis Deum decet decernere creaturam liberam producere ad ostendenda potentiae suae miracula, deinde honestum erit et conforme rectae rationi, quod Deus decernat creaturam liberam relinquere suis nisi, sive ad bonum, sive ad malum, ut ostendat misericordiae suae largitatem in remuneratione iustorum, in parcendo penitentibus, et iustitiae severitatem in plectendis reprobis: quod Deum decet voluntas honestissima, qua decernit non vitare peccatum creaturae, non apponendo impedimentum, aut subtrahendo requisitum ad perpetrandum peccatum.

12. Rursum: honestissimum est, quod Deus voluntate libera praeparet suam omnipotentiam, et illam indifferenter offerat creaturis, ut illa utantur, sive ad bonum, sive ad malum, in quantum causae 2ae nequeunt quidquam operari, nisi iuventur a causa 1a, et hoc cum suo iure, et munere causae 1ae, in iuvando causas 2as, sive ad bonum, sive ad malum, ut ostendat suae misericordiae, iustitiae, et omnipotentiae in producendis creaturis, quae libere operentur pro libito suo, vel bene, vel male. Quod haec voluntas honesta sit, etiam patet ex eo, quod non tollat creaturam, neque illam physice praemoveat, sed potius ab ipsis detrahatur ad malum, et ipsius voluntatis efficacia sit conditionata, et dependens ab exigentia causae liberae, expectans quod praevisione de determinatione ipsius causae liberae ad peccatum conditionate, cum sint in mi[seri]s ponant tales vel tales circumstantias, et appositione circumstantiarum eiusdem, quare ut supra notabamus.

13. Deinde nulla volitio datur in Deo, quod concurrit ad peccatum, quae sit inhonesta, seu difformis rectae rationi, neque enim decernit ulla voluntate physice promovere creaturam ad peccandum, neque complacet in peccato, neque illud approbat, neque decernit hortari creaturam ad peccandum, neque decernit praemium creaturae peccanti, quinimmo displicet in peccato, creaturae quod constat satis de talis displicentia de reprobatione, qua Deus peccatum reprobat, de indignatione Dei, qua peccatores punit, praemiaque pollicetur creaturae bene operanti, decernitque aeternum supplicium creaturae peccanti, ac denique quod nulla volitio datur in Deo, quod concurrit in actu 2°, neque unquam existit in Deo aliqua volitio inhonesta, seu difformis rectae rationi, ratione cuius Deus possit denotari peccans, consequenter nulla datur ratio propter quam dicatur Deus

causa

causa moralis peccati, ad quod concurrit, nec causa moralis peccati est illa, cum vertitur vitio peccatum est. Sectio 5a arguta, quae supersunt leviora pro sententia Durandi, solvunt.

Sectio 5a

Arguta, quae supersunt leviora pro sententia Durandi, solvunt.

1. Arguitur 2o Durandus; si Deus concurreret immediate cum creatura ad eundem effectum, neque posset producere totum effectum, neque partem illius: ergo Deus non potest concurrere immediate cum creatura ad eundem effectum. Probatur antecedens, quoad primam partem: si Deus concurreret immediate cum creatura, produceret totum effectum, otiosus esset, et inutilis influxus creaturae in eundem effectum, ergo quidem totus effectus à Deo produceretur: quod est. 2a pars antecedentis probatur: si Deus produceret tantum partem effectus altera pars produceretur à sola creatura; unde inferretur 1o, quod creatura produceret aliquid quin iuvaret à Deo ad illud producendum: quod aliter aliqua creatura poterit totum aliquem effectum producere, quin à Deo iuvetur. 2o inferri, quod in effectu realiter indivisibili dentur duo intrinseca duo, quorum unum à Deo solo producatur, et alterum à sola creatura.

2. Respondetur negando antecedens, quoad primam partem, quod vero dicitur, Deum non posset producere totum effectum, Deus enim producit totum effectum, et creatura producit totum effectum, totum tamen in genere non totalitate causae, sed totalitate effectus. Unde non arguit, quod influxus creaturae otiosus esset, 1o quia influxus creaturae, et influxus Dei, est eadem realiter indivisibilis entitas, seu actio, quae quidem attingit totum effectum, neque inferri, quod ad ponendum effectum superfluat virtus in actu 1o creaturae, neque actio ista requirita solo Deo fluere, est enim … pergamus Deus, et creatura simul producunt eundem effectum, quapropter 1, + Deus se solo posset producere eundem effectum per aliam actionem, haud peritta, quae fluit etiam à creatura, at vero Deus semper requirit à creatura, ut ponat effectum, neque … quidem producere, quin etiam simul à Deo iuvet, et … superius statuta, cum probavimus impossibile esse, quod creatura se sola immediate producat aliquem effectum. Denique non superfluit influxus creaturae ad producendum in illo casu effectum, neque Deus attemperat suum concursum, itaque non impendat in actu 2o sufficientem virtutem ad ponendum effectum; sed totum relinquat creaturae, ut impendat suum concursum ad ponendum eundem effectum.

3. Obijes 2o: Deus non concurrit cum causa mali neque formali

causando

causandoin eodem genere causae mali, aut formalis: quod neque concurri cum causa efficiente ad eiusdem effectum. Resp.: concedendo conseq., et negando conseq. Ratio discriminis aperta est, quoniam Deus cum causa mali, vel formali concurreret in eodem genere causae, Deus esset imperfectus, at vero nulla imperfectio in Deo arguitur ex eo, quod efficienter concurrat cum efficiente causa in suo genere, imo potius in Deo arguitur perfectio maior, quoniam arguitur nullam esse creaturam quae possit quod Deus immediate nequeat producere; et ex opposito argueret, ut supra notabamus, quod esset potius creatura, si adaequate daret homini potestatem divina virtus immediate productivo; quod autem Deus esset imperfectus, si concurreret cum mali causa, vel formali ad causandum in eodem genere causae, probatur: nam quod materia primo ut causa mali, sit causa, est quod sit subiectum receptivum, et constituat compositum substantiale, et quod forma causet, ut causa formalis, est quod sit forma, idest, informativa subiecti, et constituat compositum substantiale: sed si Deus posset esse subiectum, vel forma, esset imperfectus, ergo sequitur.

4. Instabis: si Deus cum efficiente causa immediate concurreret ad eundem effectum, esset imperfectus: quod nequit Deus immediate concurrere cum causa efficiente ad eundem effectum. Probatur: si Deus concurreret esset causa partialis cum creatura eiusdem effectus: si Deus esset causa partialis, esset imperfectus, ergo sequitur. Resp.: negando ans.: ad cuius probationem distinguo maiorem: esset causa partialis ex defectu virtutis causativae in actu 1°: nego maiorem; esset causa partialis in actu 2°, ex eo quod non impenderet in actu 2° totam virtutem sufficientem, adeoque concedo maiorem: distinguo aliter minorem: si Deus esset causa partialis 1° modo, esset imperfectus concedo minorem: si esset causa partialis 2° modo, esset imperfectus: nego minorem, neque enim arguitur in Deo imperfectio ex eo, quod attemperet concursum, ut locum relinquat creaturae, ut solum impendat concursum ad eundem effectum.

5. Obiicies 3°: si Deus concurreret immediate cum creatura ad eundem effectum, vel concurreret per actionem eandem, vel per diversam: neutro modo Deus potest concurrere: ergo sequitur. Minor probatur quoad 1am partem: actio eadem realiter indivisibilis nequit esse exercitium duplicis agentis specie distincti; sed actio illa esset exercitium duplicis agentis specie distincti, videlicet Dei, et creaturae: quod actio illa non esset possibilis. Probatur eadem minor, quoad 2am partem: si Deus concurreret per diversam actionem ab actione creaturae, ergo haec actio creaturae esset, et a sola creatura flueret: quod daretur aliqua creatura, quae non flueret immediate a Deo; imo talis creatura, quae non posset immediate a Deo fluere, quod quidem eiusdem actio, quae a sola

creatura

creat. quod concurreret cum creat. Deus concurreret cum creat. per eandem indivisibilem actionem, quae quidem proveniret a duplici agente inadaequato et essentialiter distincto, non tamen in esse alio. Im. probatur in eo v.d.t. quod una indivisibilis actio proveniat a duobus agentibus essentialiter distinctis, quod patet in actione indivisibili per quam intellectus et habitus simul producunt eundem actum intellectus, quae quidem actio realiter est indivisibilis, et tamen provenit ab intellectu et habitu inadaequatis agentibus, et essentialiter divisibilibus.

6. Replicabis: si Deus simul cum intellectu creato produceret actum intellectus vitalem per eandem indivisibilem actionem, haec esset immanens, et transiens, vitalis, et non vitalis, hoc absurdum est: quod probatur. Maior patet: actio illa esset immanens, et vitalis ratione intellectus creati; et esset transiens, et non vitalis ratione Dei: quod actio eadem esset immanens, et transiens, vitalis et non vitalis. Resp.: negando maiorem: nam actio illa absolute dicenda erit immanens, et vitalis, non autem absolute loquendo dicenda erit transiens, et non vitalis, sed solum cum addito, v.d.t. ratione Dei, hoc est talis, quae non denominet vitalis, aut immanens ab ipso Deo. Ratio est, quoniam ut actio absolute dicatur immanens et vitalis, sufficit quod ratione alicuius agentis talis denominetur; ut autem absolute dicatur transiens, et non vitalis, opus est quod ratione nullius agentis talis denominetur; isti enim conceptus, v.d.t. transiens, non vitalis, sunt partim negativi, et absolute negantes conceptus oppositos positivos, v.d.t. conceptus immanentis, et conceptus vitalis.

7. Denique arguitur contra probando: si Deus immediate concurreret cum causa libera ad eius operationem everteret libertatem ipsius causae liberae in operando: quod non concurrit cum causa libera immediate ad eius operationem. Ant. pt: concursus divinus in actu 2°, ergo Deus cum voluntate nostra concurreret ad actum amoris, non esset ab determinatione ratione talis effectus, scilicet actus amoris, neque a voluntate determinari, aut modificari posset, deinde posito eiusdem concursu in actu 2° impossibile esset quod voluntas non poneret actum amoris: quod sine libertate voluntas poneret actum amoris. Probatur consequentia illa necessarius est; ad quem voluntas non se determinat, sed ab alio determinatur, itaque eiusdem posita determinatione, nequeat non poni effectus, sed actus amoris ergo est poneret a voluntate: quod sine libertate poneret.

olo

8. Resp.: negando antecedens, ad eius probationem distinguo maiorem. concursus divinus in actu 2°, ergo Deus concurreret ad actum amoris, esset determinativus ratione illius effectus, determinatione proveniente a creatura, concedo maiorem: determinatione proveniente a

Deo

a Deo provenire. Unde patet solutio ad illud quod, quo arguitur, subiungit, nam licet posito illo concursu, non possit voluntas non ponere actum amoris, iste libere est in actione, se in ipso concursu quilibet creaturae fuit immanente in se ipso, et enterg. quod non determinat voluntas ad actum amoris ab aliquo determinativo, quod in ipsius potestate non sit: quapropter non laedit voluntatis libertatem, in qua illa sola determinatio, obvenit libertas, qua quod est eam usus libertatis, determinatio autem illa non est ante actum usus libertatis, sed eius exercitium libertatis creatae; nam est actio, per quam voluntas libere se determinat ad actum amoris, itaque quod, positis antea requisitis ad illam actionem, potuerit non ponere in actionem.

9. Rogabis: cur actio illa, quae sub est concursus divinus in actu 2°, et concursus creatus, et determinatus voluntas ad effectum, seu ad actum amoris, determinatio conveniens a creatura, non autem determinationem convenientem a Deo. Resp. quod actio illa in divinitis non est Deo libera immanente, et in se ipsa, sed in voluntate illa, per quam Deus proposuit parabit suam omnipotentiam ad concurrendum in actu 2° cum creatura libera dependente ab agentio ipsius creaturae, quae quidem volitio libera indifferens est quoad efficaciam, atque dependens ab ipsa determinatione creata praevisa conditionate futura, sed vult, et ponantur tales, et talis circumstantiis; unde determinatio creaturae praevisa conditionate futura positis illis circumstantiis determinat Deum ad concursum in actu 2°. Unde ista determinatio dicitur convenire a creatura, quae quidem cum se determinat ad operandum per illam actionem, secum trahit ipsam omnipotentiam divinam, quam Deus libera voluntate subiecit creaturae, ut illa utatur pro sua libito, et non utatur. Quemadmodum voluntas secum rapit habitum, qui quidem sub cum voluntate, ab illa quod determinato concurrit ad actum amoris, non autem est contra, habitus secum rapit voluntatem, maxime quando eius habitus non est valde intensus. Cap. 4. an Deus determinet causas 2as quoad individuationem effectus. Sect. 1ª explicatur indifferentia causarum ac determinatio illi opposita.

Cap. 4.

An Deus determinet causas 2as, quoad individuationem?

Sect. 1ª explicatur indifferentia causarum, ac determinatio illi opposita.

1. Multiplex indifferentia considerari potest tum in causis liberis, tum in causis naturalis. Triplex indifferentia convenire potest alicui causae liberae, cui etiam triplex opponitur

determinatio

determinatio, sed causa libera, quae plures operationum species libere producere potest, est indifferens, quoad species, et in actu primo remoto, et in actu primo proximo: dixi, causa libera, quae potest producere effectus specie distinctos, quoniam non omnis causa libera debet talis debet habere indifferentiam, quoad species, potest enim fieri, quod aliqua causa sit libera tantum quoad exercitium, vel quoad individuum, si v.g. solum possit producere unam speciem operationum.

Causa libera indifferens quoad speciem in utroque actu primo remoto, v.g. et proximo, dicitur voluntas nostra, quae quidem quantum est ex se potest producere actum amoris, et actum odii, quiquidem actus distincti sunt specie. Unde actus primus remotus voluntatis, id est, natura potius, et virtus productiva dicitur ab intra indifferens ad illos duos actus, id est, non limitatur virtutis, et alligatur ad unum potius, quam ad alium, ex eo, quod unum possit producere non autem alium. Potest etiam voluntas esse indifferens, quoad speciem in actu primo proximo, in quo positis omnibus, quae requiruntur ex parte actus primi proximi ad amandum, et ad habendum odio [?] debitis, potest ponere actum amoris cum omnibus requisitis ad odium habendum, et suspendere odium, et potest ponere actum odii cum omnibus requisitis ad amandum, et suspendere actum amoris et haec indifferentia vocatur libertas quoad speciem.

2. 2° Causa libera potest esse indifferens quoad exercitium, quae quidem indifferentia vocatur libertas contradictionis, et consistit in eo, quod voluntas, v.g. positis omnibus, quae requiruntur ad amorem, ex parte actus primi proximi, potest cum ipsis omnibus ponere amorem sive amorem suspendere. 3° Causa libera indifferens considerari potest, quoad individuum, et hoc quidem dupliciter: vel ex parte actus primi remoti, vel ex parte actus primi proximi. Primo modo erit indifferens causa libera, quae virtutem habet productivam non solum unius individui intra unam speciem, sed etiam intra eandem speciem plura individua possit producere. 2° modo dicitur indifferens, quod in sua potestate libera est, et ab ipsa provenit vel provenire potest, quod ponat hoc individuum potius quam illud, illorum, quae potest producere intra eandem speciem. Exemplificatur, voluntas nostra, quae potest, quantum est ex parte suae virtutis producere intra speciem amoris hunc numero amorem, et illum numero amorem, et sic de reliquis, dicitur indifferens ex parte actus primi remoti, quoad individuum amoris; si vero, quod voluntas nostra ponit hunc potius numero amorem, quam illum numero amorem, hoc proveniat a determinatione libera ipsius voluntatis, habet indifferentiam ex parte actus primi proximi, quoad individuum.

hunc

3. Huic indifferentiae triplici correspondet etiam triplex opposita determinatio: prima determinatio erit, quoad speciem, et haec etiam duplex: prima, quae opponitur indifferentiae quoad

speciem

speciei ex parte actus primi remoti, quod videlicet causa libera esset ab intrinseco tantum productiva operationum intra unam speciem: quae quidem determinatio aufert libertatem radicalem quoad speciem a causa. 2a, quae opponitur indifferentiae quoad speciem ex parte actus primi proximi, quod videlicet causa libera, licet quantum est ex se possit plures species operationum producere, nihilominus tamen habet actum proximum ad unam tantum speciem operationis, et non ad alias, verbi gratia, quod voluntas ponitur per intuitum obiecti alicuius boni, quin ponatur sub aliqua ratione mali, tunc voluntas dicitur determinata quoad speciem amoris, quoniam non habet quae requiruntur, ut odio habeat illud obiectum, et nullum aliud obiectum propositum voluntati ponitur ut malum ab intrinseco: unde si voluntas producitura sit aliquem actum circa illud obiectum, quod ipsi proponitur, erit amor, non autem odium, quae quidem determinatio aufert exercitium libertatis quoad speciem, id est, libertatis contrarietatis.

4. 2a determinatio erit oppositae indifferentiae quoad exercitium, qualis daretur in voluntate physice praemota ad amandum, verbi gratia, exercitium praemotionis physicae voluntas ita esset determinata ad amandum, quod non esset in sua potestate libera suspendere amorem, quae quidem determinatio tollit libertatem quoad exercitium. 3a determinatio erit quoad individuum, et haec duplex: 1a, quae opponitur indifferentiae quoad individuum ex parte actus primi remoti, seu ex parte virtutis illius: 2a opposita indifferentiae quoad individuum ex parte actus proximi. 1o modo esset determinata causa libera, quae ab intrinseco tantum esset productiva unius individui intra speciem; 2o modo esset determinata causa libera, in cuius potestate non esset ponere hoc potius individuum, quam illud intra eandem speciem, sed ab alio determinaretur.

5. Si vero consideremus causam liberam in actu 2o, seu actum 2um causae liberae, eiusdem actus 2us nequit esse indifferens ad hanc speciem, vel ad illam, ad hoc individuum, vel ad illud intra eandem speciem, ad operandum, vel ad non operandum. Ratio huius est: nam actus 2us causae constituitur per actionem, quae quidem a parte rei determinata debet esse, quoad speciem, quoad individuum, et quoad exercitium. Quando vero actus 2us causae liberae sit determinatus quoad speciem, id est, quod ex vi actionis illius, haec potius species, quam illa debeat produci, quod sit determinatus quoad individuum, id est, quod ex vi actionis illius, hoc potius individuum poni debeat, quam illud intra eandem speciem. Denique, quod sit determinatus quoad exercitium, id est, quod sit eiusdem actio potius productio, quam non productio, et ex vi actionis illius determinata sit causa ad producendum potius, quam ad non producendum.

6. Causa, quae ab initio, eidemque manens aequalis in operando,

nunquam

numquam me indifferens ex parte actus primi proximi, neque quoad speciem, neque quoad individuum, neque quoad exercitium, in ista porro libertatis itaque cum omnibus requisitis ad operandum, possit ponere non operationem, neque positis omnibus requisitis ad unam speciem operationis specificam, possit unum eligere, aliam omittere, neque unum potius individuum eligere, quam aliud. Sed igitur causa ordinaria conveniente potest indifferentia, quae se teneat ex parte actus proximi remoti, seu ex parte virtutis causae, cui opponitur determinatio, seu limitatio virtutis. Causa erit indifferens, quoad speciem ex parte virtutis, quae possit producere plures operationum species; illa vero determinata ad unam speciem, quae illam tantum possit producere. Deinde illa causa naturalis erit indifferens, quoad individuum ex parte virtutis, cuius quantum habere producere possit plura individua intra eandem speciem; illa denique determinata esset, quoad individuum, quae unum tantum individuum intra speciem posset producere.
Sectio 2a quaestio deciditur.

Sectio 2a

Quaestio deciditur.

1. Supponit ab omnibus quod existunt causae liberae quoad speciem, et quoad exercitium, idem causae quae exercent libertatem in actu 2o, et quoad exercitium, et quoad speciem, consequenter quod liberae se determinant, quoad exercitium, et quoad speciem, quia ad hoc determinant ex parte actus primi proximi. Supponit etiam quod causae naturales determinant ex parte actus primi proximi, quoad speciem, et quoad exercitium. Tota quaestio difficultas devolvitur ad determinationem, quoad individuum. Quaeritur itaque a quonam determinetur causa 2a ad producendum hoc potius individuum, quam aliud intra eandem speciem? Ratio dubitandi est, quia in causis naturalibus sublatis requisitis, quae praecedunt ex parte actus primi proximi propter voluntatem Dei quam praeparant concursum, de qua dicemus, potest unum individuum, quam aliud intra eandem speciem produci, quia nihil quod determinet ex parte illius actus primi proximi determinatio ad hoc potius individuum, quam ad illud cum eadem requisita quae ad unum individuum requiruntur, etiam ad aliud requirunt intra eandem speciem, et in causis liberis idem contingit, et accedit praeterea quod causa libera non praecognoscit individua in particulari, ut vicissim cognita possit unum potius eligere, quam aliud, quapropter ratio est a quonam proveniat quod causa 2a libera, hoc potius individuum producat quam aliud; an a determinatione creaturae, an a determinatione Dei.

2. Asserit

2. Asserit q[uo]d coiter [communiter] concurrens cum causa libera non posse se determinare ad effectum in individuo, sed a Deo habere hanc determinationem, quatenus Deus offert suum concursum indifferentem ad hunc n[umer]o effectum, et non ad alios eiusdem speciei, et intensionis; ubi duo asserunt, 1um, q[uo]d causa 2a libera non neguit se determinare ad effectum in individuo, 2um, q[uo]d a Deo determinat[ur] in individuo: 1um probant in hunc modum: causa libera ... se determinat ad aliquem actum, quatenus illi proponit per cognitionem obiectum, q[uo]d illa invitet ad amorem, v[el] moveat ad odium: s[e]d nihil mediante cognitione proponi potest voluntati, q[uo]d illam determinet ad hunc num[er]o amorem, et non ad alium numero: ergo voluntas nequit se determinare ad hunc num[er]o amorem, potius q[ua]m ad alium. Probant minorem: nam causa libera 2a non praecognoscit individuationem amoris in particulari, ratione cuius cognitionis praevie possit hunc num[er]o amorem eligere, potius q[ua]m alium. De causis naturalibus, ita probant: positis omnibus requisitis ad operandum non potest calor v.g. producere hunc num[er]o calorem, potius q[ua]m alium, licet sit determinatus ad speciem caloris; deinde requisita non determinant calorem ad hunc num[er]o calorem producendum, potius q[ua]m alium, nam iisdem requisitis sub quibus calor B producitur a calore A, potuit produci calor C.

3. 2am partem probant, q[uo]d n[on] d[ebe]t Deus determinet causas 2as quoad individuationem effectus, quia causae 2ae a se determinari non possunt ad hunc num[er]o effectum, et actionem, debuit Deus ex munere causae universalis huius determinationis curam suscipere, q[uo]d autem id fieri debeat, per suum dictum concursum indifferentem ad hunc num[er]o effectum, et non ad alios, probat ab ipsis Doctoribus, quia per hunc modum determinandi non officit libertati causae 2ae liberae, nec malitia actus mali in individuo tribuit[ur] Deo, nam per concursum, quem Deus offert ad hunc num[er]o actum malum, qui reipsa elicit[ur] a voluntate creata, non cogit Deus illam, ut operetur, nam Deus ita decrevit: si prius se determinarit ad amandum, velle cum ipso concurrere ad hunc amorem num[er]o, et non ad alios.

4. Multa displicent in ista sententia: 1um, q[uo]d asserat nullam causam 2am liberam posse determinare se quoad individuum, quoniam causa 2a non praecognoscit individuationem actuum, quos potest producere, ut eligere possit hunc num[er]o actum, et non alium, quem quidem ratione retorqueri potest in ipsos adversarios, nam ipsos Deus offert indifferentem concursum ad amorem A, intra speciem amoris intensi ut unum erga obiectum, et ad amorem B intra speciem amoris intensi, ut duo, et sic de amore in reliquo speciei distincti per eius intensionem diversam: ergo ... ideo obiectum, et tamen voluntas humana libere se determinat ad amorem B

intra

intra speciē amoris intensi, vt dus: S^d volūtas humana n̄ p̄scognit medio intra
plures illos intensionis actus potius q̄m se determinet ad unum p̄ intra illos inten-
sorum: q^o si volūtas se determinet ad individuum amoris n̄ opus e, q. p̄scognat plura indi-
vidua amorum.

5. D^a o^o: ng aliud e, q. volūtas se determinet ad hoc indi-
viduum amoris, potius q̄m ad aliud, et aliud, q^d libere se determinet, quoad exercitium ad
hoc individuum, potius q̄m ad aliud, ac deniq^e aliud e, q^d libere se determinet ad hoc
individuum, itaq^e elligat libere hoc potius individuum, q̄m aliud libertate v, ā, t electionis
p^pria; ad 1^m neq^e ad 2^m n̄ requirit, q^d volūtas n̄ra medio intra p̄scognat plura individua
amorum, imoneq^e requirit, q^d p̄scognat illud individuum amoris in parlari per q^d se determinet
1. Quid sit totalis causa tam in actu 1o, quam in actu 2o; quid etiam causa partialis sit, et in actu 1o, et in actu 2o, hec supra in hoc eodem quaestionis distinct. 2a capit. 2o. modo autem illis suppositis inquirimus aliquas difficultates quae in explanandis praedictis passim occurrunt. Imprimis ingeniosissimus Bazquez tomo 1o in 1a parte disp. 43. capit. 2o, et 4o pro dignoscenda causa totali, et partiali statuit hoc principium: causa totalis est illa, quae habet in se omnes formalitates effectus, unde causa totalis, et adaequata, actus fidei supernaturalis est intellectus noster, et habitus supernaturalis, quia in actu fidei supernaturalis, solum reperiuntur istae duae formalitates, vitalitas, et supernaturalitas, unde ad esse totalem causam, seu totalis eiusdem actus solum esse potest causa, quae sit vitalis, et supernaturalis. Unde solus intellectus non potest esse causa totalis, nam licet sit vitalis, non est supernaturalis, neque solus habitus erit causa totalis, nam licet hic supernaturalis sit, non tamen vitalis, quapropter solum coniunctum ex duplici causa illa partiali, scilicet, ex intellectu, et habitu supernaturali, erit causa totalis actus fidei supernaturalis.

2. Amplectitur hoc principium Hurtado disp. 9a sect. 5a num. 4o. Unde 1o colligit, quod causa efficienti partiali debet correspondere in effectu aliqua formalitas, quae non correspondeat alteri causae partiali, quod ita probat. Si formalitas correspondens causae partiali, corresponderet etiam causae alteri partiali, huic correspondent omnes formalitates effectus: quare haec 2a causa partialis non esset partialis, sed adaequata, unde ita accidit non occurrat causa subiecta ad productionem alterius subiecti, quia in subiecto producta nulla est formalitas correspondens, quae non inveniatur in altera substantia producente. Colligit 2o: non esse multiplicandas causas partiales, quando posita est causa, cui possunt attribui omnes formalitates, et singulae, quae in effectu reperiuntur?

3. Deinde asserit auctor idem: quod dicit formalitas effectus aliquas correspondere causae intelligendum est, scilicet de formalitate ipsi, scilicet

de

de formalitate perfectiori, quae in causa concurrat, ex sua productione actus fidei supernalis, vitalitas actus correspondet vitalitati intellectus, et supernalitas actus correspondet supernalitati habitus supernalis, aliter ait, Lux producit calorem, quia Lux est perfectior calore: quapropter formalitas caloris eminenter continetur in Luce. Rursus colligitur, quod habitus naturalis relictus in intellectu ex repetitione actuum concurrit effective ad actus subsequentes, quia sine habitu datur causa, quae continet omnes formalitates intellectionis. Denique colligitur apprehensiones non concurrere effective ad iudicium, neque praemissas effective concurrere ad conclusionem, quia in intellectu continentur eminenter formalitates omnes, quae in iudicio, et conclusione inveniuntur.

4. Quod continet principium hoc: si, quando si in causa reluceant formalitates omnes similes cuicumque formalitati, quae in effectu relucet, datur causa adaequata effectus, et alia non requiritur: 2um: quod si causa detur perfectior effectu, quamvis non habeat formaliter omnia praedicata effectus, ut est ipsius adaequata causa, et alia non exigitur. Primum sic arguitur: ignis A producens est omnibus similis in omni formalitate igni B producendo, sed tamen ignis A non est adaequata causa ignis B: ergo non quotiescumque causa est omnibus similis effectui in omni formalitate, est adaequata causa effectus, et alia non requiritur. Minor probatur: ignis A indiget causa primo sub concurrente ad producendum ignem B: ergo ignis A non est adaequata causa ignis B.

5. 2um sic arguitur ad hominem adversarios: anima perfectior est intellectione vitali, quam in se producit: ergo anima non indiget concursu speciei ad producendam intellectionem vitalem. Respondebis, quod anima non est adaequata causa intellectionis vitalis, quia intellectio est cognitio dependens ab obiecto, propter quod petit oriri ab specie talis obiecti dependens. Contra est: quod igitur illa regula generalis falsa est, nam aliqua causa est perfectior effectu, et tamen alia requiritur ad effectum: quod principium illud ut verum sit, non debet ita universale esse; sed ita quod aequivaleat huic: quando causa perfectior est effectu, et alia causa non requiritur ad eundem effectum, eius dicitur causa adaequata effectus, sed hoc principium est nugatorium, et explicat idem per idem: ergo principium illud, vel omnino falsum est, vel nugatorium.

6. 2a est 2o contra ad hominem: visio corporea producitur a potentia visiva, et subdatur speciei impressae potentiae visivae, tamen a duplici causa partiali, quae omnino requiritur ad effectum; sed potentia visiva est perfectior actu visionis: ergo datur aliqua causa perfectior effectu, quae tamen non sit adaequata causa effectus. Deinde sic arguitur: nulla formalitas est in visione, quae petat produci ab specie impressa, nam in qua quidem species

impressa

impressa de' alia cid silis que n̄ de' in poā visiva. R. spē esse impressa n̄ ē perfectior visione: q̄d aliqua caā partialis dat oīā requisita ad effm. in qua n̄ reluceat aliqua fōlitas silis alicui fōlitati effus, itaq. n̄ reluceat eadē fōlitas silis in altera caā partiali. Maior pt: nā si aliqua fōlitas in visione datr, maxe q̄ esset expressio talis obti. R. spēs n̄ ē expressio fōlis obti, sed tamē virtualis: q̄d fōlitas, que relucet in spē, n̄ ē oīō silis fōlati effus, vel cuius fōlitatis perdet eius caā partialis.

7. Rebis: n̄ requiri q̄ in spē reluceat expressio fōlis talis obti. R. sufficere, q̄ reluceat virtualis expressio talis obti, nā ut caā sit perfecta, sufficiet q̄ in illa reluceat virtualis illa fōlitas, que in effū datr, et res cuius ē expressio. R. 2ª ē: q̄d illa regula adeo generalis falsa ē, et ut vera esset debebat ita poni: q̄ in effu relucent due fōlates, quibus in duplici caā occurrent virtualit illa fōlates, duplex eiusdē caā poē concurrere partialit ad eiusdē effm. R. q̄ in caīs reluceant virtualit fōlates effus ē, q̄ caē possint effum producere: q̄d idē erit, ac dicere: tunc duæ caē partialit concurrere possunt ad eunde effm: q̄ hent virtutes ad sui producendum eiusdē effus: R. principii istud explat idē per idē: q̄d nugatoriū ē. Sectio 2ª difficulti satisfit.

Sectio 2ª.
Difficulti satisfit.

1. Ea dico: n̄ eo ipso q̄ entitas aliq. fōlit heat oīā prata alterius ē illius caā adeqta. Pt dico 1º: ignis fōlit het oīā prata alterius ignis, et tm̄ n̄ ē ipsius adeqta caā: q̄ n̄ eo ipso, q̄ entitas aliqua fōliter heat oīā prata alterius ē illius adeqta caā. Pt 2ª: actus intus fōliter het oīā prata alterius actus solo numero disti, et tm̄ unus actus intus n̄ het virtutē totale, et adequatā immate productiva alterius actus intus. Dico 2ª: oīs caā partialis per se requisita ad effm, debet correr aliq. fōlitas, per q̄m petat eiusdē caā partiale. Pt dico: eo ipso q̄ caā partialis per se petat ab effu, effus petet per se tale caā: q̄d illa respicit trans tali rōe, per quā ipsa caā petit per se ad. hic ruis ē fōlitas intra effu petens tale caā: q̄d cuilibet caē per se petitæ ab effu, correr in effu fōlitas aliqua, per quā eiusdē caā petat.

2. 3ª dico: aliqua caā per se requisita

esse

esse poterit, adq. m nullus res transtalis dicat effectus. Pro 3º: Si intellectus realiter ab aia distingueret, intus superadditus aie esset causa per se requisita ad producendam intellectionem; et tamen intellectio non peteret per se intus superadditus aie, solum enim petit aia, quod si aia non posset operari, nisi per intus superadditum concursus, iste intus peraccidens esset intellectioni, quam ut sit per se petitum ab aia; quod per se potest requisiti causa, quae non petat per se ab effectu. Nam aliud est, quod effectus petat per se aliud, quod aia per se petat; intellection petit procedere ab intus superaddito aie; aia vero petit, ut operetur intellectionem intus sibi superadditum, unde intus concurreret per se petitus ab aia, non vero per se petitus ab intellectione, casu v. d. t. quo intus ab aia realiter distingueret.

3. Unde colligitur, quod Auctores supramemorati non bene inferunt: haec causa non petit per se ab effectu: quod non concurrit ad illum; unde quamvis substantia ignis non petat produci ab alia substantia ignis, sed a calore, poterit nihilominus substantia ignis producens exigere concursum caloris, in quo casu calor concurret per se petitus, non quidem ab igne producto, sed ab igne producat. Confirmatur: nam species concurrit per se ad producendam intellectionem, nec tamen intellectio petit per se speciem, quia licet intellectio non petat per se speciem, nihilominus intus, ut producat intellectionem, indiget specie, a qua adiuvetur; quod causa aliqua partialis concurrere potest per se ad effectum, quae non petat ex vi effectus, sed exigat ab aliis principiis per se influentibus.

4. Aº Dico: nulla designari potest universalis regula, per quam dignosci possit in qua entitate resideat virtus adaequate productiva alterius, licet quae requiratur solum ut partialis, quia quidem regula ita generalis sit, quae adaequate causas adaequatas, et inadaequatas extendat. Dico patet, nam si dicas ea causa, quae formaliter habet omnem perfectionem effectus esse adaequatam causam, regula falsa est, ut ex dictis constat, si dicas ea causa, quae virtualiter, et sufficienter continet omnem realitatem effectus, esse adaequatam, licet vera regula, sed nugatoria, ut quae explet idem per idem, nam ulterius restat designare aliud signum unde colligamus in hac entitate virtualiter, et sufficienter, continere omnem realitatem effectus, nemo enim dubitat, quod entitas habens virtutem sufficientem, est causa sufficiens, sed ulterius inquirere restat, quod nam, ex quibus indiciis deprehenderet entitas habere virtutem sufficientem productivam effectus. Cap. 2 ampliores causas adaequatas in actu 2º possint sui iunctum effectum producere.

Cap. 2.^m

An plures caae adequate in actu 2° possint eundem effectum producere?

1. Valleg. [illegible] ad verrem in presenti non peti an due caae totales in actu 1° possint concurrere simul ad eundem effectum producendum; itaque sint partiales in actu 2°, idem, itaque non quelibet impendat in actu 2° vim, seu actionem sufficientem ad totum effectum, quoniam certum est id accidere posse, id quod de facto contingere, accidit enim quotidie, quod hoc duo, quorum quilibet sufficeret ad levandum pondus, v.g. quatuor [illegible], simul concurrant in actu 2° ad levandum eiusdem pondus, itaque quilibet attemperet suum concursum, et impendat in actu 2° tantum vim ut duo, ad pondus levandum, quapropter solum inquirimus [illegible] naliter, vel saltem supernaliter fieri possit, quod due caae ita simul concurrant ad eundem effectum producendum, quod quelibet sit adequata in actu 2°, et impendat vim sufficientem ad producendum totum effectum.

2. Sententia 1a dico: fieri nequit naliter, quod due sublunares caae in actu 2° adequate concurrant ad eundem effectum producendum, sed tantum supernaliter [illegible] supernaliter quoad modum, seu miraculose. Probatur 1° ad nummum [illegible] sit: quod si contingeret, id fieret praeter rerum ordinem naturale: quod miraculose: quod supernaliter quoad modum. Probatur 2°: caa omnis sublunaris naliter attemperat suum concursum, quoties iuvatur ab alia caa: quod non impendit in actu 2° vim sufficientem ad totum effectum. Ans. probatur: si Petrus elevet pondus, v.g. quatuor, et accedat Paulus adiuvare Petrum ad id pondus elevandum, statim Petrus attemperat suum concursum, et minorem vim in actu 2° impendit, atque antea impendebat: quod [illegible]. Probatur: nam Petrus statim atque iuvatur a Paulo minus defatigatur in elevando pondere simul cum Paulo: quod Petrus minorem vim, seu influxum, ponit in actu 2° statim atque iuvatur a Paulo: quod [illegible]. Dixi de caaes sublunaribus, nam quis sciat. V. Angeli duo de facto exant potentiis ac [illegible] virtutis in operando, ut simul concurrant de facto tamquam adequate caae in actu 2° ad eundem effectum.

3. [illegible] Arriaga, et aliis quamplurimis, quod

due

duę causę creatę possint naliter concurrere, tamen si tales causę in actu 2° ad eundem effectum, et probatur haec ratio: stante vna causa adequate causante in actu 2° actio alia adequata esset superflua: sed nam nihil superfluum patitur: ergo naliter non est possibile, quod duę causę creatę simul concurrant adequate in actu 2° ad eundem effectum, vnde videtur colligere, quod in causis creatis deficiat virtus naturalis, etiam quamvis ex parte ipsarum actio a prestandum. Ratio ordine est falsa, nam eodem iure diceremus esse superfluos quosdam plures alios effectus, quos videmus esse positos in rerum natura: rogo enim cur non superfluunt in natura tot individua cuiusque speciei cum pauciora sufficerent ad vniversi pulchritudinem, et actio illa adequata superflueret in nam casu quo daretur actio sufficiens alia ad ponendum eundem effectum? nulla certe ratio discriminis assignabilis.

4. Praeterea rogo: quid nomine rerum intelligis, quando dicis nam odisse rerum superflua? nam si nomine rerum intelligis collectionem omnium rerum creatarum existentium, si intelligis leges, seu decreta diuina statuta pro rerum producendarum ordine presenti? Si primum intelligas, nihil superfluum sibi ipsi: quod actio illa vtraque si daretur non sibi superflueret: deinde nulla illarum actionum superflueret collectioni rerum creatarum, tunc existentium, nam vtraque actio illa si daretur constitueret collectionem rerum creatarum tunc existentium: quod nulla illarum actionum superflueret rebus. Probatur consequentia: nam esset collectio rerum creatarum tunc existentium, nulla illarum actionum si daretur superflueret collectioni rerum creatarum tunc existentium: quod nulla illarum actionum si daretur superflueret rebus. Probatur minor: qualibet illarum actionum prius ablata, ipso facto, et immediate auferretur collectio rerum tunc existentium, et manebit alia collectio distincta, sicut ablata prius vnitate a ternario numero, ipso facto, et immediate aufertur collectio numeri ternarii, et manet collectio numeri binarii: quod vtraque actio illa necessaria esset, vt existeret illa collectio rerum tunc existentium: quod nulla illarum esset superflua illi collectioni: quod nulla illarum esset superflua rebus.

5. Si dicas alterum illarum actionum esse superfluum in ordine ad illum effectum, etiam quod Crux existat superfluum est in ordine ad hoc, vt Paulus existat, et tamen Crux non dicitur superfluere in rerum natura. Si vero nomine rerum intelligas legem diuina statuta pro rerum producendarum ordine: quod tu asseris idem non posse poni vtramque illarum actionem, quia Deus decreuit, quod non ponantur vtraque simul: quod video

repugnat, q. naliter amat vnag. d. ..., q. deficiat virtus in causis creatis ad ponendam actionem vna̅ nam q. id solum repugnat, q. naliter stringat, potius naliter opponit miraculo, non autem q. opponitur supnali in causalitate, ex q. secundum. Denique displicet Arriaga, q. virtutes istas negat omnibus causis creatis tantibus, id sane sine fundo asserit, nullum enim sufficiens fundum rois assignabit ad negandum, q. extant duas causas angelicas saltem, quae possint ad eundem effectum concurrere totaliter in actu 2o. Si dicas non esse multiplicandas in rebus essentias perfectiones sine urgenti fundo, nullumque dari urgens fundum ad asserendum angelis inesse eiusdi virtutes, inde solum colliges non esse dicendum, q. eiusdi virtutes de facto dentur in agentibus creatis, non autem colligitur negandum esse, propter, quae superius notabamus circa principium istud: non sunt multiplicanda entia sine necessitate.

6. Quapropter 2o dico sit: nullum fundum rois sufficiens assignabitur ad asserendum de facto virtutes inesse causis creatis naliter, ut concurrere possint ad eundem effectum adequate in actu 2o, neque ad id negandum. Probatur 1o: si fundum rois multum esset, maxime, q. non videamus id de facto contingere, imo videamus in agentibus sublunaribus oppositum evenire, q. ut, s agens producit aliquem effectum, si accedat aliud agens ad eundem effectum producendum, statim primum agens attemperat naliter suum concursum, et minus defatigat in opere producendo, v.g., si duobus equis trahentibus rhedam adiungant alij duo equi, statim priores equi attemperant suum concursum, et in actu 2o minorem vim impendunt ad trahendam rhedam, q. patet ex eo, q. priores equi minus lassent, quam antea: sed hoc fundum insufficiens, nam illud q. evenit oritur potius ex decreto Dei denegantis concursum ad eundem effectum ponendum adequate causalitate in actu 2o totali; sed oritur potius ex defectu virtutis in agentibus creatis, neque ullum fundum rois assignabitur ad asserendum, q. proveniat ex uno capite, potius quam ex alio.

7. Si vero instes, q. etiam si agens liberum, v.g. Petrus, velit in actu 2o impendere vim sufficientem ad levandum saxum, Paulo pendens ut 4or, id numquam prestabit Petrus, sed statim atque a Paulo iuvetur, volet, nolit, minorem vim in actu 2o impendet, minusque lassabitur: ergo est insufficiens fundum, neque etiam de facto experimur, q. etiam si agens liberum velit eundem effectum numerum quem produxit, et destructum, reproducere, numquam tamen reproducet, cum incertum sit inesse causae

creatis

creatæ virtus naturalis ad reproducendum eundem effectum, quem semel produxit, et destructus est, unde fatemur illud oriri ex decreto Dei decernentis naturæ concursum causæ creatæ ad effectum semel destructum reproducendum.

8. 3a conclusio: Si de facto aliquod agens, sive creatum, sive increatum, simul cum alio concurreret ad eundem effectum producendum, ut causa in actu 2o totalis, id contingeret naturaliter, prout opponitur supernaturali in causalitate simpliciter. Probatur conclusio: possibiles sunt causæ creatæ, quæ possint concurrere ad eundem effectum producendum, ut causæ totales in actu 2o: ergo si de facto contingeret, quod unum agens, sive creatum, sive increatum, simul cum alio produceret eundem effectum, ut causa in actu 2o totalis, id contingeret naturaliter prout opponitur supernaturali in causalitate simpliciter. Consequentia patet, nam sic id eveniret, non excederet virtutem et agentis creati, tunc existentis, nec potentis. Antecedens probatur: quoniam nulla implicatio explicita, neque implicita reperitur in eiusdem agentibus creatis tantæ virtutis, et perfectionis in operando, quæ possint concurrere ad eundem effectum producendum, tamquam causæ in actu 2o totales: ergo eiusdem agentia creata possibilia sunt.

9. 4a conclusio: de potentia Dei absoluta fieri potest, quod duæ causæ creatæ de facto existentes concurrant ad eundem effectum producendum, tamquam causæ in actu 2o totales. Probatur conclusio: non repugnat eiusdem causalitas: ergo possibilis: ergo concedenda est Deo omnipotenti. Consequentia elegita, antecedens probatur: nam etiam si virtus deficeret in causis creatis existentibus, adhuc tamen non repugnaret, quod a Deo elevarentur ad ponendam actionem adeo robustam, quæ æquivaleret duplici actioni, quarum quælibet sufficeret ad ponendum totum effectum: ergo id videtur esse omnipotentis. Confirmatur, nam de facto videmus causas creatas elevari a Deo per concursum robustiorem in actu 2o ad producendos effectus, ad quos producendos non habent adæquatam naturalem virtutem, ut constat ex humano intellectu, qui elevatur a Deo ad visionem beatam producendam, et sic de aliis innumeris exemplis, quæ adduci possem.

10. Dices: effectus omnis dependet ab omni causa, per quam producitur, sed implicat, quod idem effectus dependeat a duplici causa in actu 2o adæquata: ergo implicat, quod idem effectus producatur a duplici causa in actu 2o adæquata. Maior certa est, nam quilibet effectus tractationis, per quam producitur a sua causa, quæ quidem actio est dependentia effectus a causa. Minor probatur: si effectus idem penderet a duplici causa in actu 2o adæquata, ab utraque penderet, et a neutra: hoc implicat:

ergo

qd ē 2. minor quoad 1. qd supponit, quoad 2. vº pbr. q. utraque neutra penderet, et sic si causa A deficiat manebit effectus sufficienter productus à causa B: qd effectum penderet ad hoc ut exeret, à causa A; deinde et si causa B deficiat manebit effectus sufficienter productus à causa A: qd effectum penderet ad hoc ut exeret à causa B: qd à nulla causa penderet.

11. Resp: disting. maiorem: omnis effectus pendet à causa per quam producitur, idest, indiget causa per quam producitur ad hoc ut exeat: n. d. maiorem, idest, accipit esse media actione, quae dependentia dicitur ab omni causa per quam producitur, concedo maiorem: similiter disting. minorem implicat, qd effectus dependeret à duplici causa in actu 2º adequate, idest, indigeret ad hoc ut exeret, concedo minorem: idest, acciperet esse media actione, quae dependentia dicitur: n. d. minorem, itaque dependentia duplicitur sumi potest, 1. pro indigentia vel dependentia ablata causa perit effectus, 1. pro actione, per quam accipit esse effectus, quae quidem actio physica dependentia dicitur, itaque licet effectus ille non ordine indigeret causa A, ut exeret, neque ordine indigeret causa B ut exeret, tamen acciperet esse per dependentiam actionis, et à causa A, et à causa B. Disp. 6. de causa productiva substantiae, et accidentis. cap. utrum detur virtus adequate productiva accidentis.

Disp.º 6.ª

De causa Productiva substantiae, et accidentis.

Cap. 1.

Vtrum detur virtus adequate productiva accidentis?

1. Supponendum est nullam creaturam posse dici virtutem adequate productivam alicuius effectus, itaque semper sit, qd sine concursio causae 1. possit effectum aliquem producere: certum quippe est creatam causam, in adequate esse operationem causae 1.ae, qua ordine indiget ad efficienda sua operatione; [illegible] qd aliqua creatura dicitur virtus adequate productiva alicuius effectus, intelligendum est, operatione facta cum reliquis causis 2.is, itaque non indigeat concursio alterius causae 2.ae ad producendum effectum. Hoc itaque praenotato sit 1.a 1.º: aliqua substantia datur de facto, quae virtutem habeat adequate productivam accidentis, pr. 1.º: de facto anima rationalis sola producit vitaliter in se actus liberos, et [illegible] voluntatis, et sic si nullus habitus in voluntate praecesserit ab eiusdem actu; anima rationalis substantia

subst[anti]ae, et actus in illa producta e[st] accidens: q[uo]d de facto dat[ur] aliq[ua] subst[anti]a, quae virtus h[ab]eat productiva[m], et adeo q[uo]d accidens.

2. Ob[iicie]s: praecedenti probavimus exemplo actus liberi et naturalis voluntatis, non autem exemplo aquae ad ignem calefactae, quae quidem semoto igne producit in se frigiditatem intensam, ne dicatur ad necessarium [illegible] Deus, ut auctor naturae producit frigiditatem in aqua, quoniam aqua naturaliter exigit frigiditatem, quae quidem a qua naturaliter exigentibus convenit auctori naturae; hoc tamen neque potest dici exemplo allato de actu libero et naturali voluntatis nostrae, quoniam si Deus per se produxisset actum naturalem et liberum voluntatis in anima, eiusdem actus non esset liber voluntatis nostrae; consequenter neque de actu bono nobis conferretur laus, neque de actu morali malo vituperium.

3. Pro 3[ti]o: de facto datur virtus in aliquo accidenti adaequate productiva accidentis alterius. Probatur 3[ti]o: aqua, si supposito igne intense calefiat, et igne remoto manet aliquandiu intense calida, cui si manus applicetur calescit: q[uo]d calor in aqua receptus per se solus producit calorem in manu. Patet conseq[uentia], nam si calor in aqua receptus non produceret per se solo calorem in manu, sed adiutus a subst[anti]a, iuvaret ab aquae subst[anti]a: sed ab illa iuvari nequit: q[uo]d [illegible]. Probatur minor: aquae subst[anti]a non est productiva caloris, quia quidem calor est inimicus aquae, sed potius est virtus productiva frigiditatis, quae quidem frigiditas est passio naturalis aquae: q[uo]d calor in aqua receptus nequit iuvari ab aquae subst[anti]a ad producendum calorem in manu.

4. Dices: calorem produci a Deo in manu ad praesentiam caloris in aqua recepti. Arguent alii: calor productus in manu est eiusdem speciei cum calore in aqua recepto: q[uo]d calor in aqua receptus est virtus productiva caloris in manu. Haec haerent, quoniam existimant omnibus creaturis inesse virtutem productivam alterius eiusdem speciei. Displicet haec responsio, quoniam falsum principium assumit, quia videtur entitas quaelibet habeat virtutem productivam alterius eiusdem speciei; nam actus intus non est virtus productiva alius actus intus eiusdem speciei. Quapropter respondeo in hunc modum: quando una entitas est eiusdem speciei in se cum alia, et ad eius praesentiam videmus quod semper alia producitur, sufficiens fundamentum habemus ad asserendum secundam entitatem a prima produci; aliquin nullum fundamentum haberemus ad asserendum alicui creaturae inesse virtutem productivam alterius creaturae. Cap. 24 de virtute adaequate productiva subst[anti]ae.

Cap. 24.

De

De virtute adeq.te productiva subst.ae

1. Thomistae fere omnes dicunt, q.d nulla substantia est immediate productiva alterius substantiae, sed solum mediante mediante v. g. accidente, q.a quidquid accidens est instrumentum est substantiae, a qua trahit ad operandum, et nomine substantiae immediate attingit, et operatur substantia, v.g. q.do ignis A producit ignem B, substantia ignis A non immediate attingit, neque producit substantiam ignis B, sed mediate, medio v. g. t calore, qui quidem calor nomine substantiae ignis A immediate attingit, et producit substantiam ignis B, sed contra est: nam accidens est entis imperfectius substantia: q.d non potest virtualiter adeq.te continere substantiam. Resp. Thomistae, q.a accidens proprio nomine operans est imperfectius substantia, at vero operans nomine substantiae est quid perfectius, atque substantia. Contra insto: q.a accidens operetur nomine substantiae, et operetur nomine proprio, non immutat essentiam ipsius accidentis: q.d accidens idem est ab intrinseco sive operetur nomine proprio sive nomine substantiae: q.d aeque perfectum est, sive operetur nomine proprio, sive nomine substantiae, sed q.do nomine proprio operatur est imperfectius substantia: q.d etiam q.do nomine substantiae operatur, est imperfectius substantia.

2. Probant Thomistae suam thesim hac in efficaci ratione: in creaturis exercere actualiter, et actualiter operari distinguntur realiter: q.d in creaturis potentia ad existendum et potentia ad operandum realiter distinguntur, sed substantia est essentialiter potentia ad existendum actualiter: q.d potentia ad actualem operationem non est substantia, sed accidens. Resp. 1.o: retorquendo argumentum: accidens, calor v.g. est creatura: q.d in illo distinguuntur realiter debent actu exercere, et actu operari: q.d etiam in illo debent realiter distingui potentia ad existendum, et potentia ad operandum, sed calor ipse est potentia ad existendum ipsius caloris: q.d potentia ad producendum alium calorem, aut substantiam, non est ipse calor, sed aliquid aliud realiter distinctum a calore. Rursus hoc aliquid aliud etiam existit: q.d est potentia ad existendum: q.d non est eo ipso potentia ad operandum, sed operatur mediante potentia alia realiter a se distincta. Denique de potentia ista redit idem argumentum, et sic in infinitum.

3. Resp. 2.o: q.d si actualiter operari sumatur pro actione media qua operatur actualiter causa non solum in causa 2.a, sed etiam in causa 1.a, actualiter operari realiter distinguitur de facto ab actu exercere causae, quae operatur; si vero actualiter operari sumatur pro potentia ad operandum, ita Thomistis videtur sumi, potentia ad existendum, et potentia ad operandum in causa nulla, quae proprie talis sit, realiter distinguuntur, q.a potentia ad existendum est potentia quae solum in causa nulla, ... non existendi dicitur posse existere, et consequenter potentia eius dicitur ipsa entitas existentis

causae

caa, et pot.a adoperandu, ē virtus effectiva caa, quae quidē virtus ē eadē realit. cxa, cū entitatē caa existentis; quapropter: l. entitas, quae existit, n̄ ē caa, l. si caa ē, virtus effectiva ē essalit, et ab intrō potentia operari, quae quidē pot.as sive ad exendu, in quo sensu loqª ē, sive ad operandu, in quo sensu phicē dicit, ē eadē realit. indistis entitas existentis caa.

4. Dicendu ē 1º: aliqª substā creata ē virtus productiva alterius substē. Pr 2º: in terrenis dat. virtus creata productiva substē: haec virtus nequit esse solū accidens: qd ē substā. Maior pt: de facto vidimus, qd ad prsam ignis semper ignis producit: qd cung. v.d., t dat sufficiens dispō, et applicatio passi: qd in igne dat virtus productiva substē alterius ignis. Patet csa, ng quodcung. ad prsam alicuius entitatis semper produit alia, l. aeque perfecta, l. imperfectior: haec tribui debet, tam cstm effectus entatis ad cuius praesentiā semper producit, l. ignis, qui producit ē aequē perfectus, atq ignis, ad cuius praesentiā semper producit: qd ignis productus tribui debet tamquā effectus igni, ad cuius praesentiā semper producit. Minor illius primi silli pr; qd v.d., virtus productiva substē, nequit esse solū accidens, accidens ē entitas imperfectior substā: qd accidens nequit esse virtus adeqte productiva substē. Csa liquet: ng entitas imperfectior nequit cstinere virtualit., et adeqte in se ipsa entatē perfectiorē: qd ē[?].

5. Inde colligit, dicendu esse 2º qd accidens nequit esse adequata caa productiva substē, quoniā accidens ē imperfectius substā. Resp.t ut supª cu Thomistis, qd accidens, qd noīe proprio operat, ē imperfectius substā; qd vero noīe substē operat, ē aeque perfectu, atq substā. Haec responsio supª impugnata ē ex eo, qd accidens, sive quando proprio noīe operat, sive qd noīe substē operat, ē eadē entitas ab intrō, et essalitr eadē permanens: qd accidens aequè perfectus ē in se, sive operet noīe proprio, sive noīe substē: qd qd proprio noīe operat ē imperfectius substā: qd etiā imperfectius ē substā, quando ipsius noīe operat. Csa manifesta ē, na qd accidens noīe substē dicit operari, n̄ addit accidenti aliquā intrā, et essalis perfectio maior, ro cuius incrementi evadat aequē perfectu, atq substā. Ulterius insto: substā nequit noīe proprio immatē producere substā, ex ipsos Thomistas: qd substā nequit subdelegare accidenti, qd noīe substē producat substā. Patet csa, et loquamur cu ipsis Thomistis per tropos improprios, solū p lapsu ad res morales, in tuus ad res philosophicas: proprietarius nequit subdelegare alicui plus posse, quā ipse

pod

pro. Substa noie proprio, nequit immate producere substam: qd nequit subi delegare accenti, qd noine substa immate producat substam.

6. Obies: de facto plures substa producunt a solis accenbus: qd dat de facto in accenti virtus producte substa. Pr ant: ex collisione lapid: generatur ignis: ex putrefactione terre aialia gignunt: qd sunt substa, et tamen a solis accenbus producunt. Resp: qd eiusdi substa producunt ad exigentiam ultime dispositionis, que ponit ad positionem accentis, que sunt tunc ultima dispositiones ad eiusdem suy substales. Deus enim, ut author naturae, statuit effectus agentis creati, ne videntia inferat ultime dispositioni, nario exigentis principales substalis, qui admodum exigentia ultime dispositionis ad ariq.

7. Dico 3o. possibile est substa, que sit virtus adeq. productiva alterius substa, ita e possibile accentes, qd sit virtus inadequate productiva subst. qd quidem accens simul cum substa immate concurrat ad productionem alterius substa. Dico facile pr ex eo, qd nulla pratur repugnantia, neque explicita, neque implicita in eo reperiat: qd illud oe divinae omnipotentiae concedendum. 4o Dico an de facto substa se sola immate producat substam, an vero, si accens simul cum substa concurrat immate ad productionem alterius substa, e nobis oino ignotum. Pr 3o: nulla quippe ratio sufficiens assignabitur ad id asserendum, neque ad id negandum: qd illud e nobis oino ignotum. Disp. 7 de causa principali, et instrali. Cap. 1: natura utriusque causae explicat.

Disp. 7a

De causa Principali, et instrumentali.

Cap. 1.

natura utriusque causae explicat.

1. Dispo presens fere tota e de noine, ea propter praenotandum e, quaenam causa ab oibus fere dicatur principalis, quaenam autem instralis, imprimis, oisilla causa, quae maioris, aut aequalis perfectionis e cum effectu, hoc e virtute ex se proportionata et sufficiente ad effectum producendum dicitur comuniter causa principalis effectus, nam autem instralis. Quo dore Deus dicitur causa principalis cuiusque creaturae, similiter ignis dicitur comuniter causa principalis alterius ignis. Unde colligitur, qd apud fere oes, requirit ad rationem causae instralis, prout

opponit

opponit cau principali, q. n. concurrat ad effectum per virtutem proportionatam, et sufficientem, s. per virtutem improportionatam, et insufficientem. Probatur: nam eo ipso, quod causa concurrat per virtutem proportionatam, et sufficientem ad effectum, dicitur causa principalis, prout opponitur instrumentali: ergo ut aliqua causa instrumentalis dicatur, prout opponitur principali, debet esse talis, quae non concurrat ad effectum per virtutem proportionatam, et adaequatam ad effectum.

2. 2° principaliter notandum est, quod illa omnis causa, quae petit per se esse ab effectu, dicitur vere causa principalis effectus, sive concurrat per virtutem proportionatam, et sufficientem sive per virtutem improportionatam, et insufficientem ad effectum. Unde colligitur 1°: quod ut aliqua causa dicatur instrumentalis, prout opponitur principali debet esse talis, quae non petat per se ab effectu: illatio manifesta est, nam si eiusdem causa peteret per se ab effectu, eo ipso diceretur principalis, et non instrumentalis, nam omnis illa causa, quae petit per se ab effectu, dicitur vere causa principalis prout opponitur instrumentali: ergo ad conceptum causae instrumentalis omnino requiritur, quod non petat per se ab effectu. Haec ratio est, quod voluntas nostra dicitur causa principalis actus supernaturalis, et intellectus noster dicitur causa concurrere ad visionem beatam, ut causa supernaturalis ipsius, propterea quod licet intellectus, et voluntas concurrant per virtutem insufficientem, et improportionatam ad eiusdem effectum, nihilominus tamen sunt causae per se petitae ad illum effectum.

3. Colligitur 2°: quod aliqua causa potest concurrere, ut principalis ad effectum, quamvis non petat per se ab effectu, et concurrat per virtutem insufficientem, et improportionatam, et consequenter indigeat consortio alterius causae, dummodo non indigeat causa perfectiore. Patet exemplo: quod duo homines elevant pondus grave ut quatuor, et quilibet illorum vires habet tantum ut duo, quicumque dicitur causa principalis illius elevationis, et tamen neuter petit per se ab effectu, et quivis concurrit per virtutem insufficientem, et improportionatam ad effectum, indiget quidem consortio alterius hominis, quia vero non indiget consortio alterius causae perfectioris se, quae praestet in actu 2° virtutem diversi ordinis, et speciei perfectiorem, sed tantum exigit virtutem in actu 2° alterius causae in eodem ordine, et specie, quod videlicet impendat talis homo in actu 2° vires ut duo, dicitur causa principalis illius effectus.

4. Colligitur 3°: plures esse conceptus, et quidem diversae speciei, quorum quilibet seorsim sumptus sufficiens est ad constituendum

causa

caq. principali in roe talis . hoc manifestu, q. nq hoc prisse, q. caa perse petat ab effu, e instrali, f. principalis, et hoc prisse, q. caa Scurrat per virtut pportionata, et sufficiente adeffu, dicit caa principalis, n autem instralis, deinde hoc prisse q. Scurrat adeffu elevando caq alig inferioris ordinis, n dicit caa instralis, f. principalis, ac deniq hoc prisse, q. caa Scurrat adeffu, et n indigeat Scurso caq diversi ordinis, et speciei perfectioris, dicit Scurrere vt caa principali, n vero vt instralis, s. isti Sceptus enumerati sunt spetie diversi : q. plures Sceptus sunt, et spetie diversi, quoru quilibet seorsim sumptus sufficiens e ad Sstituenda caq principale in roe talis, et ut ipsa distornat ab instrali oi.

5. Unde erit nra 1a Sc°: n dat rō perfecte univoca caq principalis, et rois entati oi, qua caa principalis dicit, identq caa principalis nequit defini sub una defitione recta, et essali, qua Sveniat caq principali oi. Pr. Sc°: caa, qua perse petit abeffu, nec tm Scurrit per virtute sufficiente, et pportionata adeffu, neq elevat alig caq inferioris ordinis, ideo fralite dicit, et e caa principalis, quia perse petit abeffu, quamtumvis elevet ab alia caa, perfectioris ordinis : deinde caa, qua Scurrit per virtut pportionata, et sufficiente adeffu, et n petit perse adeffu, imo elevat aliq caq inferioris ordinis, ideo fralisse dicit, et e caa principalis, q. Scurrit per virtut sufficiente adeffu, n aut, quia petit perse adeffu : sed q. caa petat perse adeffu, et q. caa Scurrat per virtut sufficiente adeffum, sunt Sceptus spetie disti : q. 1a caa Sstituit fralisse in roe principali, per Sceptu spetie disti ab illo Scepu, per quu 2a caa fralisse Sstuit in roe principalis : q. 1a caa n Sveniret univoce cu 2a caa in roe principalis. Sfirat.

6. Sfirat 2o: prisse ablata a 1a caa, q. petat perse ab effu, fralis, et immate auferet, q. sit principalis caa, et prisse ablata a 2a caa, q. per virtut sufficiente Scurrat adeffu, fraliter, et immate auferrille Sceptus caq principalis, qua participabat : q. Sc. Sfirat 2o: si caa principalis sub vna explat defcribat, qua Sprehendat oes caq principales, ea deber in hunc mo effrari. caa principalis e, qua Scurrit adeffu, f. per virtute pportionata, et sufficiente adeffu, l. per virtute perse petitiva abeffu

~~ab effectu quod per virtutem elevante aliqua causa inferioris ordinis . ad per virtutem quae indigeat concursu alterius causae perfectioris ordinis , quae in actu 2° impendat eiusdem virtutis perfectioris ordinis~~ . Sed hec explanatio , seu ~~disiunctio longissime traditur per disiunctionem~~ constans conceptibus specie diversis : quod recta definitio non est : Sed causa principalis , ut extendatur ad omnem causam principalem nequit alia explanatione comprehendi : quod nequit explanari nisi per disiunctionem constantem extremis specie distinctis : quod nequit explanari sub una recta , et essentiali definitione : Sed illa conveniunt perfecte univoce in uno conceptu essentiali , quibus non convenit una recta , et essentialis definitio eiusdem conceptus : quod non convenit omni causae principalis perfecte univoce in ratione causae principalis .

4. Prius quam explicemus conceptum causae instrumentalis in communi supponendum est conceptum causae instrumentalis debere talem esse , qui excludat conceptum causae principalis cuiuscumque generis ex illis supra memoratis ; hoc est manifestum : quia nomine causae instrumentalis intelligitur apud omnes fere conceptus oppositus cuicumque causae principali : quod intelligitur conceptus excludens quemcumque conceptum causae principalis , sive huius generis sive illius . 2° supponendum est quod omnes illi conceptus , quorum quilibet seorsim sumptus est sufficiens ad constituendam unam entitatem in ratione causae principalis , tales sunt qui perfectionem arguant in causa , quapropter entitas quae dicatur causa instrumentalis debet continere omnes imperfectiones illis conceptibus oppositas , et denique conceptus instrumentalis causae consistet in conceptu causae , quae in concurrendo ad effectum dicat omnes imperfectiones , et singulas oppositas singulis illis perfectionibus , quarum quaelibet sufficiens est ad constituendam unam entitatem in ratione causae principalis . Ratio huius est , nam si entitas , quae dicitur instrumentalis causa , diceret aliquam ex illis perfectionibus , esset principalis : quod non esset instrumentalis . Antecedens patet : nam omnes illae perfectiones in concurrendo ad effectum tales sunt , quarum quaelibet seorsim sumpta sufficit ad constituendam unam entitatem in ratione causae principalis : quod si causa , quae instrumentalis dicitur , aliquam illarum perfectionum diceret esset sufficienter constituta in ratione causae principalis : quod non esset instrumentalis .

8. Unde colligitur : contra primo conclusionem , quod unum datur perfecte univocum causae instrumentalis , et commune entitati omni , quae causa instrumentalis dicitur . Probatur conclusio : causa instrumentalis potest definiri per unicam definitionem ~~rectam~~ rectam , et essentialem , quae conveniat omni causae instrumentali : quod causae omnes instrumentales univoce conveniunt in ratione talis . Antecedens probatur : hec est recta , unica , et essentialis definitio causae instrumentalis : ~~causa~~ : quae

concurrit

concurrit ad effectum per virtutem ex se insufficientem non petitam per se ad effectum, et proportionatam per concursum alterius causae perfectioris ordinis, sed hic nego de facto convenit omnibus, et soli, quae dicitur causa instrumentalis: quod acceptus causae instrumentalis possit definiri una ratione, et essentiali definitione, quae conveniat omnibus, quae causa instrumentalis dicitur. Minor erit certa, si fiat inductio per omnes causas: maior probatur: quia nomine causae instrumentalis intelligitur ab omnibus fere illa causa, quae ita concurrit ad effectum, ut distinguatur essentialiter ab omni causa principali, sed hoc posito quod illa definitio conveniat omnibus, manebit essentialiter distincta in causando ab omnibus, quae causa principalis dicitur: quod erat probandum.

9\. Ex dictis colligitur 1°, quod si substantia creata producat alteram substantiam, erit causa principalis ipsius: actio enim, quae non petitur per se ad productionem alterius substantiae, et sub qua substantia concurrat immediate ad productionem substantiae, erit causa instrumentalis rei substantiae, sed nihilominus erit causa principalis quae alius accidentis quod producat. Colligitur 2°, quod habitus concurrit sub quo instrumentum instrumentalis causa actus intellectionis, quoniam habitus non petit per se ad intellectionem, et ad illam concurrit per virtutem insufficientem, quae quidem virtus proportionatur per concursum causae perfectioris ordinis, videlicet intellectus, quae quidem ut perfectionem suam requirit ad intellectionem. 3° colligitur idem de instrumentis quibus voluntas nostra concurrit ad actus supernaturales et causa principalis, quae petit per se ad eiusdem actus.

10\. 4° colligitur, quod si sacramenta novae legis physice producant gratiam concurrent ut causae instrumentales, quia non petunt per se gratiam producere, et concurrunt per virtutem insufficientem, indigent concursu Dei operantis ut causa magis perfectioris ordinis in producenda gratia. 5° colligitur quod semper [illegible] et in rigore philosophico non quae vis creata concurrit ad effectum eius operationis et causa instrumentalis, nam ignis v.g. concurrit ad aliquid producendum, et causa principalis: et enim indigeat Dei concursu, Deus concurrendo secundum rationem agentis perfectionis ordinis, at vero ignis non indiget quod Deus impendat in actu 2° in illa, sed [illegible] Deus optime dicitur, et rationem agentis diversi et perfectioris ordinis, concurrat cum ignis, sed quod impendat in actu 2° virtutis productivae ignis, sed Deus non dicitur agens diversi, et perfectioris ordinis, quod proprie requiratur ad rationem causae principalis sufficit quod in concurrendo ad effectum non indigeat concursu alius causae quae operetur tamquam

agens

agens diversi, et perfectioris ordinis. Et detrahat per virtute insufficiente, et non petitur perfecta ad effectum, inde sit, quod ignis detrahat. Ut causa principalis productus alterius ignis, bene tamen omnis creata elicit, moraliter loquendo, instrumentum Dei, quatenus Deo subsistit, et nihil agit, nisi Deo permittente, suum opus operare.

Cap. 2

Quare instrumentum elevet a principali causa

Sectio 1a

Motio praevia non requirit ad instrumentum elevationem

1. Com̃e inter Thomistas est, quod ad instrumenti elevationem requiritur omnino, quod causa principalis antequam ad opus, in quod elevat instrumentum, immittat ipsi qualitatem aliquam, quae quidem a causa principali derivat, instrumento inhaereat et ex virtute instrumenti praeste ad opus, et proportionatum, ut posit effectum producere ad quem erat insufficiens, et improportionatum. Nos autem oppositum existimamus, quod videlicet praevia haec motio non requirit ad instrumenti elevationem, Coniterque quod instrumenti elevatio non sint [illegible] praevia qualitate, seu motione, a causa principali elevanti, decissa.

2. Probatur: supponamus, quod ignis de facto elevat calorem, tamquam instrumentum ad producendam substantiam alterius ignis, ut alibi probavi adversariis supponit, et arguitur ita: calor nequit accipere qualitatem, tamquam previa media qua proportionet ad producendam substantiam ignis, et tamen elevat: ergo eiusdem praevia qualitas, seu motio, non requirit ad elevationem instrumenti. Maior probatur 1o: calor nequit fieri ab intrinseco et essaliter proportionatus ad producendam substantiam ignis ex additione illius qualitatis superadditae: quod stultum recederet ab extrinseco proportionatus; quod qualitas illa tribueret calori esse pertinens ex eo, quod qualitas esset in se proportionata ad producendam substantiam ignis, hoc est falsum, quod [illegible]: probatur ans: ideo calor limo proportionatus ad producendam substantiam quia eatriderus, qualitas illa esset accidens, et idea improportionata esset ad producendam

substantiam

subst. : q. qualitas illa si posset reddere calore proportionatu ad producenda substa.

3. Confirmat : q. calor proportionet ad producendam substa. e. q. redat virtus proportionata, et sufficiens ad producendam substa. : s. non redditur in-terni et essentialis virtus sufficiens ad producenda substa. : quoniam accidens, seu calor intrinsecus, et essentialis idem manet et contra virtus insufficiens virtus ab intra sue-essat ad producendam substa. : q. ad ab alio sibi met hanc habeat extra reddi pote-rit sufficiens virtus ad producendam substa. : s. nequit ab extra reddi virtus suffi-ciens ad producenda substa., nisi ex consortio virtutis, que s. secundum se sit sufficiens ad producenda substa., s. sub cum calore : q. s. qualitas illa esset virtus sufficiens ad producenda substa., s. unitus ex illa qualitate, et calore esset virtus sufficiens ad producenda substa. : q. cum dixeris infertur in accidentibus dari virtus su-fficiens ad producenda substa., q. alioquin non.

calore

4. Sed contra 2° ad illam maiorem : qualitas illa caloris su-peraddita, s. esset elevatio in actu 2°, s. esset elevatio in actu 1° : neutrum esset potest : q. Non s. : nam elevatio in actu 2° e illa actio, per quam prin-cipalis causa elevat actualiter instrumentum ad producendum opus : s. actualis illa e ac-tio per quam principalis causa sub cum instrumento producit effectum : q. elevatio in actu 2° e actio per quam principalis causa, sub cum instrumento producit effectum : minor probatur : q. causa principalis actu elevet instrumentum, e q. sub cum instrumento impendat in actu 2° virtute ad producendum effectum : q. impendat in actu 2° virtute sufficiente sub cum instrumento ad producendum effectum, e q. sub cum instrumento ponat actionem sufficientem ad producendum effectum, q. q. causa principalis actu elevet instrumentum, e q. sub cum instrumento ponat actionem ipsam sufficientem : q. data tal illa formalis e actio, q. qualitas illa instru-mento tributa esset actio : si dixeris : q. qualitas illa e elevatio instrumenti in actu 1°, s. elevatio in actu 1° e virtus elevans : q. e virtus sufficienter produc-tiva effectus, s. qualitas illa esset accidens : q. accidens esset virtus sufficienter productiva substa.

30. Co.

5. Confirmat : si qualitas illa poneret, s. sub cum causa elevante, et instrumento concurreret ad effectum, s. non, si dixeris : q. instru-mentis esset illa qualitas ad proportionandum calorem, ut producat substa. Patet

Conf.

caa: nq calor reddit proportionatus ad producendam substantiam, ex eo, quod reddat virtutem sufficientem ad producendam substantiam, nequit reddi virtus sufficiens nisi ex consortio alicuius virtutis productivae substantiae: ergo si qualitas illa non esset productiva substantiae, inutilis esset calor ex consortio illius redderet proportionatum ad producendam substantiam. Si vero dixeris: quod substantia ignis elevans calorem indiget illa qualitate ut sub eius causalitate producat substantiam alterius ignis: ergo substantia ignis indiget externa virtute creata productiva ad producendam substantiam alterius ignis. Sectio 2a quid sit causam elevari, quid proportionari, quid moveri ad effectum.

Sectio 2a

Quid sit causam elevari, quid proportionari, quid moveri ad effectum?

1. Causa illa dicitur elevari ab alia, quae sub eius alia diversi, et perfectioris ordinis concurrit ad effectum eius superioris ordinis et perfectionis, hac ratione intellectus humanus dicitur elevari a lumine gloriae ad producendam visionem beatam, et eius voluntas nostra dicitur elevari a supernaturali habitu ad eliciendos actus supernaturales. Colliges 1o: non requiri ut aliqua causa dicatur elevari ab alia, quod prius in se recipiat aliquam formam derivatam a causa elevante, nam hoc ipso, quod una causa sub eius alia diversi, et perfectioris ordinis concurrat ad effectum diversi eius ordinis, et perfectionis, dicitur elevari ab illa, ad quod opus non est, quod prius in se recipiat formam aliquam, quae derivet a causa elevante. 2o colliges, quod si res aliqua perfectioris ordinis assumeretur a Deo ad producendum effectum imperfectioris ordinis, atque tunc effectus haec virtus inchoata, ut quia si forma sanctificans assumeretur a Deo ad producendum calorem, non diceretur elevari a Deo, sed inclinari, seu proportionari ad effectum, et extrahi a sua linea, et ab operatione sibi connaturaliter debita.

10. Colligitur 3º: quod bonum utile differt a bono delectabili, et a bono honesto in eo, quod illud, quod denotat bonum utile, denotat tale solum partialiter a bonitate illius boni, in cuius assecutionem aptum dicitur, que quidem bonitas est extra illud quod denotat bonum utile, et etiam denotat a forma sibi partim intra, et partim extra, seu a proportione, per quam bonum utile denotat proportionatum ad assecutionem alterius boni, bonum autem delectabile, et bonum honestum non denotantur bona a bonitate extra, in cuius assecutionem ordinentur, neque sunt bona denominantur a proportione per quam proportionentur ad assecutionem alterius rei. Colligitur 4º: quod posito ablato, quod illud, in cuius assecutionem ordinatur medium, sit bonum formaliter, et intrinsece auferri, quod medium denotet bonum utile, seu medium utile, licet adhuc denotet medium aptum, idem proportionatum ad assecutionem illius, quod antea bonum erat. Ratio est, quia medium non solum constituitur in ratione utilis, seu boni utilis, per hoc quod sit proportionatum ad assecutionem alterius rei, sed etiam per hoc, quod illud, in cuius assecutionem proportionatur, sit bonum, at vero, quod denotet medium, seu aptum ad alterius rei assecutionem, solum dicit proportionem illam, ex vi cuius constituitur in esse proportionati ad alterius rei assecutionem.

11. Rogabis 2º: an electio medii attingat formaliter finem? Resp. affirmative: 1º haec patet ex dictis, probatur 2º in adversarios adhoc: electio attingit medium, ut utile: ergo attingit medium, ut bonum utile: ergo attingit omne illud, per quod medium constituitur in ratione utilis, seu in ratione boni utilis: sed medium in ratione utilis, seu in ratione boni utilis constituitur in actu 1º per bonitatem finis: ergo electio attingit formaliter bonitatem finis: ergo et finem. Major est doctrina adversariorum, minor constat ex dictis. Consequentia est legitima.

12. Probatur 2º: electio formaliter attingit, et amat in medio bonitatem utilis, seu bonitatem boni utilis, sed haec bonitas, a qua medium denominatur bonum utile, partialiter constituitur per bonitatem finis: ergo electio formaliter attingit bonitatem finis: ergo et finem. Major est doctrina adversariorum, minor ex supradictis constat, et consequentia bona est. Confirmatur: electio attingit formaliter et amat aliquam bonitatem, que sit sufficienter motivum voluntatis: ergo non solum attingit formaliter medium: ergo etiam bonitatem finis. Probatur consequentia: in medio seorsim considerato non relucet bonitas sufficienter motivum

voluntatis

volatis: ergo etc. Prob. ant.: si aliqua bonitas veniret [illegible] bonitatis utilis, si bonitas boni utilis fin(is) solo medio relucet, si indivisibiliter [illegible] salutis inadequate per bonitatem finis: ergo etc. Cap. 7 reliqua dubia quae circa finem supersunt diciduntur.

Cap. 7um

Reliqua dubia, quae circa finem supersunt deciduntur.

1. Rogabis 3o: an electio medii essentialiter pendeat ab hoc fine, hoc est, an electio pharmaci habita solum ex intentione sanitatis assequendae, talis actus sit qui essentialiter pendeat a sanitate, ita ut neque divinitus illa eadem electio posset fieri a voluntate propter alium finem distinctum a sanitate. Respondeo affirmative. Conclusio haec facile probatur: in nostris principiis supra statutis: electio formaliter attingit, et amat medium ut utile, ac portans ad finem, ita ut amet medium ut bonum utile, ac portans ad finem, ita ut amet medium ut bonum utile, ac portans ad finem: ergo electio formaliter attingit et amat etiam formaliter, per quam medium denominatur bonum utile, ac portans ad finem: sed medium in esse boni utilis, et portans ad finem constituitur etiam per bonitatem finis, et illud per quod finis talis est, cum portat medium: ergo electio formaliter attingit, et amat bonitatem finis: sed quod semel actus voluntatis formaliter attingit, et amat, neque divinitus potest non amare, et quod semel non attingit formaliter, neque amat, nequit etiam divinitus denuo formaliter attingere, et amare: ergo electio talis est quae si semel fiat ex intentione unius tantum finis, nequeat fieri ex intentione alius finis, praeter quem semel habita est: ergo electio pharmachi, v.g., quae semel habita est ex intentione solum sanatis assequendae, neque divinitus potest fieri ex intentione sanatis assequendae, ut denuo fieri ex detractione alius finis a sanitate distincti.

2. Dices: actus [illegible] aut sit denominet [illegible] ab intentione habita ex detractione antis B propositae, quod attingat formaliter totum dictum antis B, neque talis debet esse ab intentione, qui essentialiter pendeat ab intentione B, itaque non posset ille numero actus fieri ab intentione ex detractione antis C: ergo similiter ut electio sit, ac denominet electio medii A a voluntate habita ex

intentione

ex intentione asseqᵈⁱ finis B in operibus, q. formaliter attingat finem B, aut talis sit abintra, quin possit fieri a voluntate destituta ex intentione assequendi finem B. Urget paritas: ideo ex nostra doctrina in hoc statu actus est talis esse potest, quoniam eo ipso, q. in intellectu præcesserit amor B, et postea succedat, et postea succedat dictamen A, quin intellectus habuerit immediate ante amorem aliud motivum ad assensum consequentis, præter obiectum antecedentis B, et motivum, q. præcesserit ad assensum antecedentis B, ponitur q. intellectus destitutus ab obiecto antecedentis B efficiat consensum A, quin illud consensum formaliter attingat totum obiectum antecedentis B: sed etiam eo ipso, q. in voluntate præcesserit intentio efficax finis A, et postea succedat electio medii B, quin præcognoverit intellectus aliquam bonitatem in medio B præter conducentiam, et proportionem cum fine A, ponitur q. voluntas habeat electionem medii B destitutam ex intentione finis A; ergo et B.

3. Resp: accedendo ad argumentum, et transeundo consequentiam: ad illud, q. subiungit in confirmatione paritatis res, non discriminis aperta est, nam veritas consequentis separabilis esse potest a veritate antecedentis. Unde actus consequentis assentiri potest veritati obiectivi consequentis, quin formaliter assentiat toti veritati obiectivi antecedentis, consequenter quia intellectus in consequenti obiecto reperiet sufficientem rationem formalem veritatis motivam, per quod, per quam moveat ad assensum consequentis, quin per eundem actum debeat formaliter attingere totam veritatem antecedentis; at vero bonitas medii separabilis non est a bonitate finis, nam bonitas medii A est bonitas bonitatis utilis ad finem B, quæ quidem bonitas constituitur medium in ratione boni utilis formaliter constituit per bonitatem finis B, ut illa, quæ supra diximus: quamobrem voluntas non reperit in solo medio A rationem formalem bonitatis sufficientem motivam, quæ quidem bonitas sit adæquate intra medio A. Unde cum voluntas per actum electionis debeat ferri formaliter in obiectum sub ratione formali bonitatis sufficienter motivæ, saltem ut quo nequit ferri in solum medium, sed etiam in rationem illud, q. constituit medium in ratione boni utilis, videlicet in bonitatem finis B in cuius assecutionem medium A ordinat.

4. Præterea, si q. probat argumentum absurdum est, q. actus amoris A, verbi gratia circa unum obiectum possit fieri a voluntate ex consideratione actus amoris B, circa obiectum aliud talis, ita ut ęque realiter distinguatur ab obiecto; secundo, quin voluntas per actum amoris A formaliter attingat, et amet totum obiectum, q. amat per actum amoris B, et fieri potest, q. actus amoris A talis evadat, qui fieri possit a voluntate destituta

per

per actu amoris C, n' aut per actu amoris B, aut qui nolos detrata
precesserit per aliu actu amoris, Exempli causa, si volos per actu amoris B ferat efficaciter in ore bonu honestu in com confuse cognitu, et postea clara cognitio accedat de honesto bono in particulari, feratq. volos per actu amoris A in eiusdem bonu honestu in particulari, tunc in isto casu volos dicet elicere actu amoris A detrata ex actu efficaci amoris B, et tu in actu amoris A n' debet formaliter attingere totu illud obtu, q. amabat per actu amoris B, nq in obto particulari honesto, q. attingit formaliter per actu amoris A, reperit bonitas separabilis a bonitate obti, q. amabat per actu amoris B, que quide obta bona, et honesta virtus q. factu se hent tamqm includens, et inclusu, et actus B, se het tamqua causa detrahens volate ad actu A qui se het tamqm detrahens.

5. Unde tm infert, q. actu amoris A posse in isto casu talis evadere, qui posset fieri a volate detrata per actu amoris C, quo prius amavisset de bonu in coi, aut fieri posset a volate n' detrata per aliu actu amoris ante, sed solu detrata ex bonitate cognita in obto in particulari honesto in quo quide obto volos reperit sufficientem roe formalis bonitatis motiva, ut quo, at vero in electione medij A utilis ad finem B desiderat se het ma electio n' solu het tq. tenoe habita a volate detrata per aliu actu amoris, sed electio talis actus e, qui ferat in mediu, ut in bonu utile, unde debet ferri in bonitate, p.r quam mediu denotat bonu utile, sed mediu denotat bonu utile a bonitate finis: go actus eligens mediu ut utile ad finem, et amans formaliter mediu ut bonu utile debet attingere formaliter et amare bonitatem finis.

6. Negabis A° bruta operent pt finem: affert Arriaga et probat, q. incredibile e, ut ipse ait, q. hirundo, q. stellas colligit, lutu aqua miscet, et oia reliqua parat, q. missa ad nidu instruendu nihil cogitet de nido faciendo: go tunc et nidu, que intendit, percipit, et pt illu obtinendu operat: go intuendo pt finem operat. Sliter q. canis ostenso pane operat ad porrigendu, quis dicat canes se moventes nihil cogitare de pane accipiendo: q. canis motu illu progressivu efficit, ut pane assequat: go aliqd facit in assecutione panis: go pt finem operat.

7. Nihilominus tm dicendu e brutan operari

formali

formaliter per fine, et tam materialiter. Pr. 2a quoad 1a p[ar]t[em], q[uia] v[e]l bruta operent[ur] formaliter p[ro]p[ter] fine: operari formaliter p[ro]p[ter] fine, e[st] media formaliter ordinare ad finis assecutionem: bruta n[on] ordinant formaliter media in assecutionem finis: ergo bruta n[on] operant[ur] formaliter p[ro]p[ter] fine. Minor p[robatur]: ordinare formaliter media in assecutionem finis, dicit formaliter precognoscere proportionem mediorum cum fine, et eligere media, quoniam ipsis positis precognoscit ponendum esse finem: bruta n[on] precognoscunt proportionem mediorum cum fine, neque precognoscunt eorum esse ad positionem mediorum ponenda e[st] assecutio finis: ergo bruta n[on] ordinant formaliter media in assecutionem finis. Minor p[robatur]: precognoscere proportionem mediorum cum fine e[st] precognoscere connexionem mediorum cum fine, ex vi cuius connexionis precognoscit q[uod] posito medio ponenda e[st] assecutio finis, q[uod] quidem dicit formaliter discursum: sed bruta n[on] discurrunt: ergo etc. Maior p[robatur]: n[on] cognoscere connexionem illam, e[st] agnoscere illationem, saltem moralem inter obiecta antecedentis, seu quasi antecedentis, et obiectum consequentis, seu quasi consequentis, ac deveniri ex cognitione unius ad cognitionem alterius, propter connexionem cognitam: sed hoc dicit formaliter discursum: ergo etc.

8. Ad exempla illa, quae dicitis, respondetur, q[uod] et hirundo percipiat nidum, et illum appetat, n[on] tamen precognoscit paleas esse utiles ad nidum, neque proportionem inter paleas, et nidum, unde n[on] amat, et elligit paleas, p[rae] ceteris quae alia media, quoniam precognoverit connexionem aliquam inter paleas, et nidum, et alia. Et canis visso pane tendat ad porrigentem, n[on] ideo ponit motum illum progressivum, quia precognoverit motum illum esse utilem ad assecutionem panis, neque quia precognoverit proportionem, quae datur inter motum progressivum et assecutionem panis, neque enim bruta operantur ex discursu, sed ex instinctu naturali, quo naturaliter excitantur a perceptione rei appetibilis ad positionem illorum, quae necessaria sunt ad assecutionem illius rei, unde solum operantur materialiter p[ro]p[ter] finem, q[uod] quidem e[st] 2a pars conclusionis nostrae, nam qui finem percipit, et media ponit, quae apta sunt ex se ad finis assecutionem, quin precognoscat proportionem mediorum cum fine, aut moveatur formaliter ab amore finis, et cognitione medii ut utilis ad finem, ad electionem medii, dicitur materialiter ponere media apta ad assecutionem finis, consequenter q[uod] operatur materialiter p[ro]p[ter] finem. — Finis disp. 1ae de causa exemplari.

Disp. 2a

[illegible]

De causa exemplari.

1. Philosophi inter causas intentionales, quae proprie pertinent, et amant, vel volunt, dicunt intentionaliter causare suos effectus, enumerant causas ideales, seu exemplares. Arriaga tribuit eidem Philosopho definitionem istam exemplaris causae: est id, in quod inspiciens artifex operatur, atque traditam ab Aristotele 7° methaphysicae capitulo 7° textu 32, hoc enim tantum asserto coloci, traditam esse definitionem istam; an autem alibi eam tradiderit Philosophus, me latet, scio tamen illam tradidisse Senecam epistola 65. Divus Thomas quaestione 3ª de veritate articulo 1° causam exemplarem ita definit: exemplare est forma, quam effectus imitatur ex intentione artificis. Placet communiter doctoribus Angelicus descripsit causam exemplarem in hunc modum: exemplare est forma, quam effectus imitatur ex intentione artificis cognoscentis eiusdem formae. Exemplar aliud dicitur exemplar externum, aliud exemplar internum: exemplar externum dicitur illa forma, quae sensibus externis percipitur ab agente, qualia sunt exemplaria, quae coram sibi obiiciunt pictores, statuarii. Exemplar internum est illa forma, quae tantum mente percipitur ab artifice, et ad illam, veluti ad obiectum attendens artifex, conatur effectum sibi efficere, similemque reddit. Rursus exemplar aliud potest dici exemplar formale, aliud exemplar obiectivum: exemplar formale erit cognitio ipsa repraesentans illam formam, cui assimilatur effectus, exemplar obiectivum erit ipsum obiectum propositum per eiusdem cognitionem, scilicet exemplar absolute dictum, quoad praesens attinet, [formale] pro exemplari obiectivo.

2. Rogabis 1°: quaenam sit virtus causativa in exemplari causa, seu quisnam sit actus primus exemplaris causae? Plerique ipsum obiectum, seu ipsam formam, quam artifex intendit, esse virtutem causativam, sive actum primum exemplaris causae. Probatur 1°: illud est actus primus exemplaris causae, quod est causa exemplaris, sed solum illud obiectum est illud, quod est causa exemplaris: ergo solum illud obiectum est actus primus exemplaris causae. Maior certa est, nam actus primus causae, et ipsa causa sunt inter se adinvicem convertibiles: minor probatur: nam illud solum est causa exemplaris, cui convenire potest definitio exemplaris causae: sed illi soli obiecto convenire potest definitio exemplaris causae: ergo solum illud obiectum est causa exemplaris. Minor probatur: exemplare est forma, quam effectus imitatur ex intentione artificis cognoscentis eiusdem formae; sed de solo illo obiecto potest dici,

quod sit

q. sit ea fra, quā imitat effus ex intent. artificis: go ꝯ.

3. Ꝯfrat: nā si aliq. aliud esset actus 1.us seu virtus cāativa exemplaris cāe, maxime cognitio, per quā eiusdē obiti artifici ꝓponit. Sꝫ cognitio illa n. ē actus 1.us seu virtus cāativa exemplaris cāe, sꝫ se hꝫ oditio applicans virtutē cāativā eiusdē cāe: go ꝯ. Maior certa ē apud adversarios. Minor pꝫ: cognitio n. ē ea fra, quā artifex intendit imitari, et imitat. in opere: go cognitio illa n. ē actus 1.us seu virtus cāativa exemplaris cāe. Cōa patet: nā actus 1.us cāe exemplaris ē cāa exemplaris, et illud oē, q. ē exemplaris cāe, ē ea fra, quā artifex imitat. in opere. Pꝫ ans 1.o: id, q.d intendit artifex imitari, et imitat. in opere, ꝓ cognit. ab artifice, sꝫ cognitio illa n. ꝓ cognit. ab artifice, seu alter cogre refexa: go cognitio illa n. ē illud, q. intendit artifex imitari, et imitat. in opere. Pꝫ 2.o idē ans: q.do pictor sibi obiit imaginē D. Petri, et ipsā inspiciens aliā imaginē sile pingit, n. intendit assimilare imaginē, quā depingit suæ cognitioni imaginis D. Petri, quā sibi obiiecerat: go ꝯ.

4. Rogabis 2.o: quænā sit cāalitas, per quam exemplaris cāa se exercet in actu 2.o in suo genere cāandi? Resp., q. eius cāalitas ē cognitio, media quā ꝓponit artifici fra illa, quā intendit imitari, et intentio artificis assimilandi opus, et effectio ipsius operis, sive actio, quā opus ꝓducit efficienter ab artifice. Pꝫ 1.o: si prisse auferas cognitionē, fraliter, et immate aufert. q. exemplar se exerceat in genere cāe intentionalis: go cognitio illa ꝯstuit saltē inadeqte cāalitatē exemplaris cāe. Ans pꝫ: cāa intentionalit cāat per suū esse intentionale in intu, veluti per fralē rōē saltē inadeqtā cāandi. Sꝫ esse intentionale cāe exemplaris in intu ē cognitio, per quā exemplaris cāa in illo ꝓponit: go cāa exemplaris intentionalit cāat per suā cogrē, veluti per inadequatā rōē fralē cāandi: go cognitio illa ē partialis cāalitas exemplaris cāe.

5. Preterea, id, q.d eius intentio artificis ꝯstituat cāalitatē exemplaris cāe, pꝫ: q.d exemplar se exerceat in genere cāe exemplaris cāantis, ē id, q.d eff.us imitet. ipsum exemplar ex intentione artificis: go q.d exemplaris cāa se exerceat, ꝯstuit saltē inadeqte per intentionē artificis.

Ans

Ans constat ex definitione cae exemplaris supra tradita, quoniam in illa dicitur causa exemplaris esse forma illa, quam effectus imitatur ex intentione artificis.

Deniq. quia actio, per quam effectus physice producitur ab artifice, constituitur causaliter exemplaris causa; probatur: si penitus auferretur actio illa formaliter, et immediate auferret, quod effectus produceret in rerum natura: ergo formaliter et immediate aufferet, quod effectus productus intentionaliter proveniat a causa exemplari. Pr. 2°: quod exemplaris causa se exerceat in suo genere causae, est, quod artifex inspiciens exemplar assimilet exemplari opus: sed hoc dicit essentialiter, quod opus physice producatur ab artifice: ergo quod causa exemplaris se exerceat in suo genere causae dicit essentialiter productionem operis, seu actionem physicam per quam effectus similis exemplari efficienter producitur ab artifice: ergo actio illa constituit saltem inadaequate causaliter exemplaris causae.

6. Rogabis 3°: an ut effectus dicatur talis vi exemplaris causae, opus sit, quod reipsa evadat similis exemplari. Resp. affirmative, probatur 1°: ex definitione causae exemplaris, quae quidem causa dicitur ea forma quam effectus imitatur: ergo quandocumque causa exemplaris causat effectum, iste similis evadit exemplari: ergo effectus omnis a propria exemplaris causa similis evadit exemplari. Pr. 2°: si pictor sibi ob oculos exhiberet imaginem Caesaris et intenderet imaginem aliquid simile imagini Caesaris depingere, tamdem simiam exprimeret, imago denuo producta simiae non diceretur effectus intentionalis causatus ab imagine Caesaris in genere causae exemplaris: ergo ut opus dicatur effectus exemplaris causae opus est assimiletur exemplari causae. Pr. ans: ideo opus tribuit exemplari causae ex genere suo causandi, quia exemplar in aliquo genere causae causat, quod opus tale fabrefiat: sed quando opus fit omnino dissimile causae exemplaris, exemplar non est in causa, quod opus evadat tale: ergo etc. Minor pr.: in tantum exemplar in causa est, quod opus evadat tale, in quantum idea est determinans pictorem v.g.; ut depingat imaginem talem, et non aliam: sed idea solum determinat in illo casu ad sibi simile fabrefaciendum: ergo etc.

7. Rogabis 4°: an bruta operentur ex causa exemplari. Non dubitandum est, quoniam simia videtur imitari actiones humanas, propterea quod videtur operari ex causa exemplari; siquidem inspiciens actiones humanas, quas quidem per phantasiam percipit, statim quasi propriae actiones conformat humanis, unde videtur, quod intendit assimilare opus exemplari. Nihilominus tamen resp., bruta non operari ex causa exemplari, proprie loquendo, sed valde improprie. Ratio est, quia in definitione posita, et tan-

tiqua

antiqua exemplaris causa proprie talis, illa solum dicit operatione facta ad artificem, in eum autem artificis venit non intellectualis, quapropter brutum nequit dici proprie artifex. Disp.o 3.a de comparat.e causarum inter se quoad mutuam causalitatem.

Disp.o 3.a

de comparatione causarum inter se quoad mutuam causalitatem.

1. Ad extremum libri huius de causis peregrandum causae diversi generis possint se ad invicem causare; v.g. an causa interna et causa efficiens se ad invicem causari possint, et an causa finalis, et causa efficiens possint se mutuo causare. Pro cuius intelligentia adverte 1.o: causam omnem esse in duplici differentia, nam alia est realis, et alia intentialis: causa realis, est quae proprie, absolute causa est, quae quidem proprie, ac physice dicat esse effectui, quales sunt causa interna et causa efficiens. Causa intentialis improprie dicitur causa, neque enim proprie, ac physice dicat esse effectui, sed tantum intentialiter, seu moraliter, quapropter dici nequit absolute causa, sed cum additione causa intentialis; quales sunt causa finalis, et causa exemplaris. Adverte 2.o in causa omni causali requiri existentiam realem ad causandum; quapropter omnis causa realis presuponit realiter existentiam ad causandum; at vero causa intentialis non requirit existentiam realem ad causandum, neque presuponit realiter existens ad causandum, sed solum presupponit intentialiter existentem, hoc est, existens in intentione per suum esse intentiale, quod est cognitio representans ipsam causam, sive quod idem est solum presuponit cognitam intentialis causam.

2. Dico igitur 1.o: duae causae reales, licet si diversi ordinis sint, nequeunt se ad invicem causare, neque divinitus, v.g. causa interna, et causa efficiens neque divinitus se mutuo causare possunt. Probatur 1.o: omnis mutua prioritas realis implicat: sed si duae causae reales se mutuo causarent, daretur mutua prioritas realis inter ipsas: ergo implicat, quod duae causae reales se ad invicem causent. Minor est manifesta, nam omnis causa realis prior est origine suo effectu, et consequenter prioritate reali suo effectu: ergo si eiusdem causae reales se ad invicem causarent, causa interna realiter prior esset causa efficiente, et causa efficiens realiter prior esset causa interna. Maior illa probatur, nam si daretur mutua realis prioritas, unaquaeque esset realiter prior seipsa, hoc implicat: ergo et illud

unde

unde infert. Pr. maior: si A prior esset B, et B prior esset C, bene inferretur quod A prior esset C: quo si causa intrinseca prior esset causa efficiente, et causa efficiens prior esset causa intrinseca, bene inferretur, quod causa intrinseca esset prior causa intrinseca: quod prior seipsa.

3. Pr. eadem ... et supponamus, quod compositum substantiale esset causa efficiens ... quae inter causas ... eiusdem compositi. Sic arguitur: compositum ... forma: quo quod cum sit intelligi ... adaequate ... intelligitur ... quo in nullo ... esse ... compositum, in quo materia ... sit, sed tempore esset ... origin... materia, et materia ... compositum ... quo materia ... acty ... priore ad sui productionem: hoc implicat: quo ...

... : omnino implicat, quod unaquaeque ... realis ... alioqui ... esset realiter prior seipsa: quo ... Deinde in illo priori originis, in quo esset compositum tamquam causa efficiens ... esset materia, sed in illo priori, in quo est compositum materia: quo in illo priori, in quo ... materia, esset materia ... in nullo priori ... in quo ... compositum substantiale est adaequate ... et materia ... : quo in nullo priori est compositum substantiale in quo ... sit materia.

4. Reo 2°: causa realis, et causa intentionalis eodem invicem causari possunt etiam aliter, ... genere ... Pr. 1°: intentionalis causa non praesupponit realis exercere ... antequam ... praesupponit ... idem ... : quo nullum est inconveniens in eo quod causa ... intentionaliter causet sui realem causam. Pr. ... esset inconveniens ... quod intentionalis causa supponeret intentionaliter exercere ad actum ... sui realiter productum, et consequenter supponeret intentionaliter exercere ad seipsum realiter exercitum: sed nullum est inconveniens in eo quod unaquaeque supponat intentionaliter exercere ad seipsum realem exercitium: quo ... Minor pr.: non quod unaquaeque supponat intentionaliter exercere ante seipsum realem exercitium ... quod prius cognoscat, et postea realiter exerceat, sed in hoc nullum est inconveniens: quo ... erit inconveniens in eo quod unaquaeque supponat intentionaliter exercere ante seipsum realem exercitium. Confirmatur: 2° quis intendit efficaciter sanitatem, et ... pharmacum sumit ... quod pharmacum efficienter causet sanitatem, in quo casu ... erit

causa

finalis intentialis causa pharmaci, et sanus eadem entitate, et efficienter causatus ab eodem pharmaco: ergo causa realis et causa intentionalis sic adinvicem causari possunt.

LIBER IIIus

PHORŪ. TRACTUS ULTIMUS, IDEM UNICUS.

de infinito in coi, et eius divisionibus.

DISPo. Ia.

Infinitu ex Plat. ac dividit.

1. Infinitus ut nomen ipsius prius se fert, est illud quod caret fine, pro cuius explicatione animadvertendum est, quod finis, seu finis improprie sumptus, non solus accipit pro illo, ubi res desinit, sed etiam pro illo, ubi incipit, praeterea quod ulna, exemplum ad dicit, in uneri introductus, quorum unus dicitur primus, et alter 2us separatim facta admensuratione ulna, sic primus denotat illud punctum ulne, a quo incipit ipsa ulna dimetiri, et ante quod nihil est ulna, sed post illud reliquum est ulna quod restat metiendum. Tunc autem 2us denotat illud punctum, quod est ultimum mensurantis, hoc est illud punctum ante quod est reliquum ulna, et ultra quod nihil est ulna, quod sibi superest metiendum, nihilominus tamen finis, seu vox, si proprie sumatur, solus erit illud, in quo res desinit, id est, ante quod reliquum rei antecessit, et ultra quod nihil rei superest, in quo sensu infinitus dicitur carens fine seu termino.

2. Infinitus aliud est infinitus in numero, aliud in magnitudine, seu extensione, aliud in perfectione substantiali, aliud in duratione, aliud in intensione, hic solus disputabit de 1a triplici specie infiniti, de 4a vero, et 5a suis locis tractabit. Infinitus in numero est illud, cuius partes, sive unitates,

si

si successive numerent, numquam pervenient ad aliquem, ultra quem non sit aliud, imo, et infiniti alii; ideo cogitationes beatorum per totam aeternitatem futurae dicuntur numero infinitae, quia si successive numerentur, numquam pervenietur ad aliquem numerum, ultra quem infinitae aliae cogitationes non supersint. Infinitum in magnitudine, seu extensione, illud est, cuius partes, si successive metiar, numquam ad aliquam perveniam, ultra quam non supersint infinitae aliae dimetiendae, ut si Deus produceret virgam usque adeo longam, ut nullibi desineret. Infinitum in perfectione illud est, quod caret fine in hoc quod est esse perfectum.

3. Pro natura infiniti explanda praenotanda sunt aliqua. 1° Ex duplici tantum parte finita nequit resultare infinitum. Probatur: infinitum debet esse tale, quod careat fine, sed coniunctum ex duplici tantum parte finita non careret fine: ergo coniunctum ex duplici tantum parte finita non esset infinitum. Minor probatur: nam 1a pars est finita: ergo si successive percurrat, perveniet ad illius terminum. Et invicem 2a partis, quia etiam finita sit, si successive percurrat perveniet ad illius terminum: ergo de 1a ad ultimum, si totum illud coniunctum successive percurrat, perveniet ad illius terminum: ergo totum illud coniunctum finitum est: ergo ex duplici tantum parte finita nequit resultare infinitum.

4. 2° praenotandum est: non repugnat, quod unum infinitum in numero habeat plures unitates, quam aliud, seu contineat plures, et maius sit alio in hoc sensu. Probatur: creatis infinitis lapidibus, et inter se penetratis in unum acervum, potest adhuc Deus creare unum lapidem, et superaddere illi acervo, in hac hypothesi possibili argumentum et claritatis gratia acervum illum, qualis erat, priusquam adderet illi lapis denuo productus voco acervum A, et acervum illum, qualis esset postquam illi superadderet lapis denuo productus, voco acervum B. acervus B plures lapides continet, quam acervus A: ergo acervus B maior est acervo A; sed uterque acervus infinitus est: ergo unum infinitum potest continere plures unitates, quam aliud, et in hoc sensu esse maius alio. Probatur 1a: totidem lapides, acervus B continet omnes lapides, quos acervus A continet, et insuper continet unum lapidem, quem non continet acervus A: ergo acervus B plures lapides continet, quam acervus A. Deinde acervus B includit acervum A, certe est inclusus, sed omne includens est maius incluso: ergo acervus B maior est acervo A

A, minor certa e, maior pt: acervus B continet omnes lapides, quos acervus A, et addit supra totum acervum A unum lapidem: ergo acervus B includit acervum A: ergo maior est acervo A.

5. Praenotandum est 3°: non repugnat, quod infinitum in magnitudine, seu extensione addat aliquid ea parte, qua finitum est, et in hoc sensu sit maius infinitum, quam antea erat, a.u. datur quod infinitum in extensione, seu magnitudine esset possibile. Pt: si Deus produceret virgam in infinitum longam, quae incipiret a puncto A, posset adhuc Deus addere aliquam ulnam illi virgae, quae praecise inciperet a puncto A: ergo infinito in extensione addi posset aliquid ea parte, qua finitum esset: ergo in hoc sensu posset unum infinitum in extensione maius esse altero, si semel supponatur infinitum in extensione esse possibile. Probo sequelam, et voco virgam A, totam illam virgam, qualis esset, prius quam illi superadderet illa ulna, et voco virgam B totam illam virgam qualis esset, postea quam ipsi addita fuisset ulna illa, et arguo sic: virga B maior esset virga A, sed utraque virga illa infinite extensa esset: ergo unum infinitum in extensione posset esse maius alio, si semel esset possibile infinitum aliquod in extensione: Pt minor: virga B includeret virgam A, sed quod includens maius est incluso: ergo virga B maior esset virga A. Minor est principium per se notum, maior pt: virga B haberet totam extensionem, quam virga A haberet, et adderet supra totam illam extensionem virgae A unam ulnam, quam virga A non haberet: ergo virga B includeret formaliter in se virgam A: ergo virga B maior esset virga A.

6. Dices, fere illi, quotquot existimant unum infinitum non posse esse maius alio, sunt, quod si ponamus infinitum constans lapidibus albis et nigris, et in infinitis illis haberet infinitos lapides albos, et ultra illos etiam infinitos lapides nigros, adhuc tamen infinitum illud constans lapidibus albis et nigris non esset maius in ratione infiniti, quam infinitum constans ex solis lapidibus albis. Sed contra est: nam aliud est, quod unum infinitum sit maius alio in ratione infiniti, hoc est, magis infinitum, ita ut, in eo, quod est carere fine sit maius alio, et hoc aptum falsum est, neque [illegible]

inmen[illegible]

in meritis venit, quoniam in hoc, quod est carere fine, non datur magis, et mi-
nus, sed indivisibili constat; quapropter infiniti hominis infiniti capilli
non essent maius in ratione infiniti, quam infiniti homines, sed unus infinitus, quod unus infinitus
esset, quam aliud, hoc est, quod participaret ipsius quantitatis infiniti, et tam
[illegible] careret fine, quam aliud.

7. — Verum aliud est, quod unum infinitum possit continere
plures unitates, quam aliud, et in hoc sensu infinitum unum esse possit maius alio,
sed quidem verum existimamus, tunc propter argumenta superius facta, tum etiam
propterea quod absurdum sit dicere infinitos capillos non continere plures entitates, quam
infinitos homines. Cum quo tamen bene stat, quod infiniti capilli, et infiniti homines sint
aequales in ratione infiniti, idest, quod tam unum infinitum careat fine, quam aliud, et unum infinitum
aeque participet rationem infiniti, atque aliud; sicut enim verum erit absolute dicere
de infinito capillorum, et multitudo caret fine, ita similiter verum erit dicere ab-
solute de infinito hominum haec multitudo caret fine, quemadmodum numeri duo finiti
possunt esse inaequales in eo, quod unus contineat plures unitates, quam alter, et
inaequalis stat in ratione finiti numeri, sed uterque numerus aequalis sit in ratione finiti
hoc est, numerus unus aeque sit finitus, atque alter, quod quidem videre in numeris
duodenario, et senario, duodenarius enim numerus maiore, senario,
idest, plures unitates continet, quam senarius, non tamen duodenarius numerus
maiore in ratione finiti, quam senarius numerus, quoniam aeque verum est dicere
de numero duodenario, quod non careat fine, ac de numero senario.

8. Denique praenotandum est, quod nullum infinitum potest
esse semel tantum infinitum, sed esse debet infinitum quodlibet infinities infinitum. Probatur:
si aliquod infinitum esset semel tantum infinitum, non esset infinitum, sed finitum: quod repugnat
infinito, quod semel tantum infinitum sit. Probatur antecedens: si aliquod infinitum semel tantum in-
finitum esset, neutra medietas illius infinita esset: quod utraque finita esset. Argumentum
probatur: si utraque medietas esset infinita, infinitum constans illa medietate
duplici, non semel tantum infinitum esset, sed bis infinitum; si vero altera medietas
infinita esset, et altera finita, neutra esset medietas, neque enim
aequaliter dividerent totum infinitum. Deinde si utraque medietas illa finita e-
sset totum resultans ex illis medietatibus non esset infinitum, sed finitum: quod est.

Probatur:

Prob. : ex duplici tantum parte finita nequit resultare infinitum; illa duplex mediet. esset pars duplex finita: ergo ex illa duplici mediet. resultans non esset infinitum sed finitum. Disp. 2a de infinito in num. seu multitudine Cap. 1um infinitum in multitudine sive num. est possibile.

Disp. 2a

De infinito in num. seu multitudine

Cap. 1um

Infinitum in multitudine seu num. est possibile.

1. Supponendum est 1° quaestionem istam solum procedere de infinito in numero, seu multitudine non autem de infinito seu magnitudine seu extensione. Unde si loquamur de infinita multitudine Angelorum, asserimus quod possibile esse, quod ea multitudo in rerum natura ponatur, solum dicimus esse possibile infinitos Angelos supponi in rerum natura nullis inter se penetratis, et consequenter, si loquamur de infinita multitudine hominum, loquemur de illis inter se divinitus penetratis, ut locus delinquat sequenti disputat. ubi examinabit, an possibile sit infinitum in magnitudine, seu extensione.

2. 2° Supponendum est infinitum aliud esse categorematicum, aliud sincategorematicum. Infinitum categorematicum est illud, quod constat infinitis partibus actu existentibus: infinitum sincategorematicum est illud, quod constat finitis tantum partibus existentibus, potest tamen per additionem partium in infinitum crescere, v.g. si Deus de facto produceret infinitam multitudinem hominum, multitudo eiusdem esset categorematice infinita, deinde multitudo illae hominum de facto existentium, dicitur sincategorematice infinita, quia licet constet partibus finitis existentibus tantum, potest tamen in infinitum crescere per augmentum infinitorum hominum possibilium, qui a Deo possunt successive produci, et superaddi collectioni hominum de facto existentium.

3. 3° Supponendum est, quod Deus de facto cognoscit possibiles esse infinitos homines, v.g. sequitur id est, quod numerus hominum, quos Deus cognoscit esse possibiles, infinitus est. Prob. : designato quolibet hominum numero finito potest Deus alios producere: ergo non est finitus numerus hominum, quos Deus

cognoscit

cognit esse poss. Præterea: signato centenario hominum possibilis est alius homo, et c alius, et sic in infinitum: ergo etc. Præterea: assignato quocumque numero finito hominum, et producto, nisi implicaret contradictionem, si alius homo de novo produceret: ergo assignato numero quocumque hominum finito, possibilis adhuc erit alius homo. Consequentia: quia aliter deveniendum esset ad aliquem numerum hominum finitum impossibilem; redde ergo eos; cur ille finitus numerus hominum implicet contradictionem, et non implicet numerus eius finitus, qui est immediatus illi numero; nulla certe reos implicationis assignabis.

4. Arriaga disp. 13 sect. 2, numero 97 retorquet argumentum supra factum adversus nos, hac ratione: demus homines possibiles esse infinitos, petendum, inquit Arriaga, cur non sint possibiles alii homines, scilicet qui sententia sequentur, et ex eo quod addant alii. Ideo eos homines infinitos esse eos omnes homines possibiles, ut supponit: ergo si illis addi possent alii, sequeretur esse omnes possibiles. Unde pacto illo infinito hominum, ubi supponit esse omnes homines possibiles, si alius homo de novo produceret, sequeretur quod in illo infinito hominum omnium producto essent omnes homines possibiles, et tamen essent, et essent, ut supponit, non essent, quia ultra illos omnes homines adhuc esset alius possibilis, qui non includeret in illo infinito hominum prius producto.

5. Instat idem Arriaga, quia hoc petit, cur v.g. ita sint illi infiniti homines, quos sumpsimus, ut repugnent alii, sicut enim nos arguamus, signato centenario hominum, non repugnat alius: ergo centum homines non sunt omnes homines possibiles, ita similiter Arriaga in nos arguat ultra infinitum hominum, quodcumque assignet, non repugnat alius homo: ergo quodcumque infinitum hominum non est omnes homines. Sed res discriminis esse manifesta, tum quia ideo infiniti homines, quos sumpsimus, ita sunt ut repugnet alius homo, quia supponitur infinitum hominum assumptum claudere omnes homines possibiles; unde bene valet: hoc infinitum hominum claudit omnes homines possibiles: ergo nullus homo est possibilis, qui adaequate realiter distinguatur ab illa collectione infinita omnium hominum possibilium. Patet consequentia: quia si aliquis homo esset possibilis adaequate realiter distinctus ab illa collectione, non includeretur in illa: ergo collectio illa non includeret quemlibet hominem possibilem: ergo collectio illa non esset infinitum constans ex omnibus possibilibus; quapropter, qui asserat infinitum illud hominum esse collectionem omnium hominum possibilium, et nihilominus esse possibilem aliquem hominem adaequate realiter distinctum ab eiusdem collectione, idem non inclusum in illa collectione, asserat ... hac duo contradictoria, videlicet:

collectionem

collectioni illo, de quo loquimur, esse infinitum claudens quodlibet hominem possibilem, et non esse infinitum claudens quemlibet hominem possibilem.

6. Unde reddimus rationem, propter quam designato infinito claudente omnes homines possibiles, implicet contradictionem homo alius, adaequate realiter distinctus ab illo infinito, id est, non inclusus in illo; at vero Arriaga nullam rationem reddet, propter quam designato aliquo numero finito hominum, implicet contradictionem alius homo adaequate realiter distinctus ab illo numero finito. Secundo vero idem author arguitur adversus nostram doctrinam in hunc modum: designato quocumque infinito hominum possibile est alius homo adaequate realiter distinctus ab infinito illo dato: ergo [illegible]: nam desunt argumentum. Maior huius est manifesta, aliquod infinitum hominum est designabile tale, quod implicet contradictionem aliquis homo adaequate realiter distinctus ab infinito illo dato: ergo antecedens illud falsum est. Probatur consequentia: omnes homines possibiles sunt collectio aliqua infinita: ergo infinitum aliquod hominum: ergo est designabile aliquod infinitum claudens quemlibet hominem possibilem: sed infinitum claudens quemlibet hominem possibilem, tale infinitum est, quod implicet contradictionem homo alius, qui non includatur in illo infinito claudente quemlibet hominem possibilem: ergo aliquod infinitum hominum designabile est tale, quod implicet contradictionem homo alius non inclusus in illo infinito: ergo non designato quocumque infinito hominum, possibile est adhuc alius homo adaequate realiter distinctus ab infinito illo dato, id est, non inclusus in illo.

7. Sit vero tertia ratio: possibile est infinitum categorematicum multitudine, seu numero. Probatur primo: possibiles sunt infiniti Angeli: ergo Deus potest producere infinitos Angelos: ergo producere potest simul infinitos Angelos. Probatur consequens. Nulla implicatio est in eo, quod simul producantur infiniti Angeli, neque ex parte Angelorum, neque ex parte Dei Omnipotentis: ergo Deus potest simul producere infinitos illos Angelos possibiles. Probatur antecedens, quoad primam partem: nullus Angelus pugnat cum altero Angelo: ergo coexistentia Angelorum illius multitudinis infinitae nullam repugnantiam affert ex parte Angelorum: quoad secundam partem, quia videlicet illa coexistentia non repugnet ex parte Dei Omnipotentis: supposita possibilitate rerum, quamvis existere, nunquam stat per divinam Omnipotentiam, quod non possint produci a Deo, valet enim optime, res est physica et possibilis: ergo Deus potest absolute illam producere: ergo quamvis existere potest, sed coexistentia multitudinis infinitae Angelorum nullam repugnantiam existere affert: ergo Deus producere potest simul coexistentem multitudinem infinitam Angelorum. Denique multitudo Angelorum infinita

producta

pductain rer. gna Sul nullq implicat; involvit vo dinumerari cat. icē infitē,

Vt constabit ex solu. de argutis: go &c. Cap. 2 Satisfit argumto precipuo partis opp.

Cap. 2.

Satisfit argumto precipuo partis opp.

1. Arriaga hic disp. 13. sect. 4. num. 44. et 45. sic argutat adversus doctr. superioris capitis. Deus vno ictu oes Angelos pdit enumerat, vnu, duos, tres, &c.: go venit ad numerum ultimum ex finitis, sed devenit. Si 1. dixeris: go si Deus addat illi num. finito vnu Angelum, ille prior numerus finitus, fit infinitus. Pr cons.: ille prior numerus erat ultimus oium finitorum: go erat maior oium infitorum: go quilibet alius numerus maior illo priori numero n erit finitus: go erit infinitus, sed numerus ille prior finitus fiet maior per addictionem vnius Angeli: go numerus ille prior finitus fiet infinitus per addictionem vnius Angeli: go numerus finitus per addictionem finiti, pot fieri infinitus: go ex duplici tamen num. finito resultare pot numerus infinitus: q. quid absurdum. Si 2. dixeris, q. v.g. Deus enumerando Angelos illos infitos devenit ad finitum numerum ultimum ex finitis, 2a. ē, ait Arriaga, quia hoc ipsum ē valde durum, q. v.g. Deus n posset unico actu illis numeris dare nomina, et scire, qui illorum sint finiti, qui infiniti. Et hac vnica impugnat author disputat sq. cetra fundium everhere.

2. Reo igitur 1o. q. in fita multitudo hoc ipso, q. infita sit hoc ipso n ē proprie numerus, neq. sub num. claudit, sed absolute innumerabilis ē, q. autem multitudo Angelorum in fita dicat numerus infitus, 2 sumo infitum ē additum diminuens, rep prius numeri, ing optime dicit infitos Angelos esse innumerabiles. Reo 2o: q. etiā si Deus unico intuitu sulenumeraret oes illos Angelos n deveniret ad numerum ultimum oium finitorum, quo n esset pdit numerus finitus maior, quenia in illa collect. n dat numerus finitorum de tradit, qui sit oium aliorum ultimus, idē, oium maximus. Ratio, quia numerus finitus oium finitorum maximus oio implicat: go in illa multitudine Angelorum infita n dat numerus finitus oium finitorum maximus. Pr ant.: quicumq numerus finitus assignet,

pos

pos illi superaddi vnũ: ergo quicunque numerus Angelorum finitus designetur, fieri potest maior per additionem vnius, scilicet eo ipso, quod numero finito solum vnus addatur, manet numerus finitus: ergo quicunque numerus Angelorum finitus designetur potest fieri maior, et adhuc manere finitus: ergo quicunque numerus finitus Angelorum designetur non erit numerus omnium finitorum maximus.

3. Confirmatur 1.o: si esset possibilis numerus finitus Angelorum, qui maximus esset omnium finitorum, esset ille numerus, quo maior finitus numerus non esset possibilis; sed implicat numerus finitus Angelorum, quo non sit possibilis maior numerus finitus: ergo non est possibilis numerus finitus Angelorum maximus omnium finitorum. Maior certa est, minor probatur: implicat numerus finitus, cui alia vnitas addi non possit: ergo implicat numerus finitus, quo maior numerus finitus non sit possibilis. Antecedens est: ... numerus resultans ex priori numero finito, et vnitate superaddita maior esset priori numero, et tamen esset numerus finitus, nam finitus ex sola additione finiti nequit fieri infinitus: ergo implicat numerus finitus, quo maior numerus finitus non sit possibilis. Confirmatur 2.o: si numerus finitus omnium finitorum maximus esset possibilis, quicunque numerus illo maior esset infinitus, sed si numero illo finitorum omnium maximo adderetur vnum, fieret infinitus maior: ergo fieret infinitus: sed numerus resultans ex priori numero, et vnitate superaddita esset numerus constans duplici tantum numero finito: ergo numerus constans duplici tantum numero finito, esset infinitus, quod plane absurdum est.

4. Ad illud, quod subiungit idem Author reo, quod Deus cognosceret in multitudine Angelorum infinita, numerus Angelorum finitus, omnium finitorum maximus, sed ideo Deus non cognosceret in multitudine illa numerum finitum omnium finitorum maximum, quia numerus eiusmodi non esset in illa multitudine, itemque absurdum est, neque, quod Deus in illa multitudine non cognosceret illud, quod in illa non esset, immo si Deus ibi cognosceret esse numerum finitum aliquem, omnium finitorum maximum, falleretur, cognosceret enim ibi esse, quod ibi non esset. Nihilominus tamen cognosceret qui numeri finiti essent in illa multitudine infinita, quia, quod infiniti, cognosceret non esse in illa multitudine infinitos numeros finitos, quorum nullus esset omnium finitorum maximus, cognosceret ergo esse in illa multitudine infinitos numeros infinitos, et tamen infinitis numeris finitis, quam infinitis numeris infinitis, posset imponere nomina, et cognomina etc.

5. Instabis

5. Instabis: Si Deus produceret omnes numeros Angelorum finitos, ita quod nullum omitteret numerum finitum, quem non produceret, et ipsis omnibus iam productis adderet unum Angelum denuo productum, numerus resultans ex priori numero finitorum omnium, et Angelo superaddito, esset infinitus: sed prior numerus esset finitus, et Angelus superadditus esset quoque finitus in numero: ergo numerus resultans ex duplici numero finito esset infinitus, quod absurdum est. Maior probatur: nam quando denuo producitur Angelus ille superadditus supponuntur produci numeri omnes: ergo numerus alius finitus Angelorum adequate realiter distinctus non esset possibilis: ergo numerus resultans ex priori numero finitorum omnium, et Angelo superaddito esset infinitus.

6. + Respondetur Concedendo consequentiam cum distinctione 1ª, si Deus produceret omnes numeros finitos possibiles Angelorum producta esset collectio Angelorum omnium possibilium, consequenter producta esset collectio continens quemcumque Angelum possibilem. Unde producta illa collectione, non posset Deus denuo producere Angelum adequate realiter distinctum ab illa collectione. Probatur: nam Angelus eiusdem, si denuo produceret, implicaret contradictionem, quando quidem implicat Angelus aliquis, qui non includat in collectione omnium Angelorum possibilium, hoc enim ipso, quod non includat in collectione omnium Angelorum possibilium non esset Angelus possibilis, nam si possibilis esset includeret in collectione, quae claudit in se quemcumque Angelum possibilem: unde inferret etiam quod ea collectio producta contineret in se omnes Angelos possibiles, et non contineret: contineret, ut supponitur, non contineret, quia superesset adhuc Angelus possibilis, qui non contineret in collectione illa.

+ Respondetur

7. Respondeo 2º: quod si Deus produceret sucessive omnes numeros finitos possibiles Angelorum, seu si produceret tantum omnes numeros finitos, hi clauderent in collectione aliqua infinita Angelorum, quae quidem collectio non clauderet omnes Angelos possibiles, tunc semel producta ea collectione, Deus posset adhuc illi superaddere alium Angelum denuo productum; verum tamen collectio 1º producta esset numerus infinitus, quoniam multitudo resultans ex collectione 1ª, et Angelo superaddito: unde collectio 1ª non transiret de numero finito ad infinitum ex additione sola unius Angeli, sed collectio prior esset numerus infinitus, et superaddito isto Angelo, numerus infinitus maneret. Instabis iterum: si Deus produceret tantum omnes numeros finitos possibiles Angelorum, illis productis adhuc Deus non produxisset numerum infinitum; hoc supposito, denuo producat Deus Angelum, et superaddat prius illis

omnibus

omnibus finitis numeris iam productis, Angelus denuo productus simul cum reliquis omnibus antea productis, constitueret numerum infinitum. 2°. reliqui omnes antea producti constituerent numerum finitum, et Angelus superadditus esset quoque numero finito: ergo finitum ex additione solius finiti redderet infinitum: quod est absurdum. Quod vero Angelus denuo productus simul cum reliquis omnibus constitueret numerum infinitum, patet: quoniam non posset constituere numerum finitum, siquidem in reliquis omnibus antea productis supponuntur producti numeri omnes Angelorum finiti possibiles: ergo non superesset aliquis numerus Angelorum finitus possibilis adaequate realiter distinctus a numeris omnibus finitis antea productis.

8. Probatur, quod in illo casu 1. supponitur quod Deus produxisset tantum omnes numeros finitos possibiles Angelorum, sed non, scilicet quod produxisset tantum omnes numeros finitos multitudinis alicuius infinitae Angelorum, in qua quidem multitudine non continerentur Angeli omnes possibiles; sic enim dixeris, semel productis numeris omnibus finitis possibilibus Angelorum producta esset collectio claudens quemcumque Angelum possibilem, quod ita probatur: nam quicumque Angelus possibilis constitueret cum Angelo alio possibili numerum finitum possibilem Angelorum: ergo quicumque Angelus possibilis supponitur inclusus in collectione priori omnis numeri finiti possibilis, et semel productus cum collectione sua includente, quae supponitur producta. Unde implicatorium esset, quod semel producta collectione illa superesset adhuc Angelus aliquis possibilis non productus, siquidem inferretur plane, quod illa collectio, quae supponitur producta includeret quemcumque Angelum possibilem et non includeret; includeret, ut supponitur; non includeret, nam aliquis Angelus esset possibilis adaequate realiter distinctus a collectione illa semel producta.

9. Praeterea si vero dixeris, verum esse, quod Deus posset adhuc Angelum denuo producere superaddere collectioni illi, quae supponitur producta, verum est in 1° casu, quod in 2°: non supposito quod Deus possit producere tantum omnes numeros finitos alicuius multitudinis infinitae, hoc est, quod ita possit producere numeros omnes finitos multitudinis infinitae, quod non semel producat numerum infinitum. Probatur: nam quaelibet multitudo infinita continet infinitos numeros finitos: ergo si Deus produceret numeros omnes finitos multitudinis infinitae, oporteret producere et infinitos numeros finitos, sed infiniti numeri finiti constituunt multitudinem infinitam: ergo oporteret quod Deus producens omnes numeros finitos multitudinis infinitae produceret etiam simul numerum infinitum. Sequela antecedentis probatur: quia videtur quaelibet multitudo infinita

continet.

continet infinitos numeros finitos, nam si multitudo infinita solum clauderet finitos numeros finitos, non esset infinita, sed finita: ergo multitudo quaevis infinita continet infinitos numeros finitos. Probatur antecedens: si contineret tantum finitos numeros finitos, non contineret infinitos numeros binarios, nam si contineret infinitos binarios numeros, infiniti numeri binarii sunt infiniti numeri finiti: ergo contineret infinitos numeros finitos, quod est contra suppositum: ergo contineret finitos numeros binarios, sed eo ipso finita esset: ergo consequentia. Probatur, hoc ipso quod contineret tantum finitos numeros binarios, contineret tantum finitas unitates, et consequenter, si successive numerarentur tandem perveniendum esset ad ultimam unitatem: ergo tota multitudo esset finita.

10. Contra 1°: nam possibiles sunt infiniti numeri finiti Angelorum: ergo si Deus produceret omnes numeros finitos possibiles Angelorum, produceret infinitos numeros finitos, sed infiniti numeri finiti constituunt multitudinem infinitam; ergo si Deus produceret numeros omnes finitos possibiles, produceret multitudinem infinitam: ergo nequit Deus producere omnes numeros finitos possibiles Angelorum, quin simul producat multitudinem infinitam. Contra 2°: implicat quod Deus producat omnes numeros finitos possibiles Angelorum, quin simul producat numerum, qui necessario resultat ex omnibus finitis numeris possibilibus, sicut implicatorium est, quod Deus producat duplicem numerum senarium, quin producat simul unum duodenarium, sed infiniti numeri finiti sunt possibiles Angelorum, et infiniti numeri finiti necessario constituunt numerum infinitum: ergo implicatorium est, quod Deus simul producat numeros omnes possibiles finitos Angelorum, quin simul producat multitudinem infinitam Angelorum. Cap. 3um: argumenta residua solvuntur.

Cap. 3um.

Argumenta residua solvuntur.

1. Obijcitur 2°: producat Deus omnes finitos Angelos simul, quos potest producere simul non perveniendo ad numerum infinitum, quo supposito, denuo producat Deus alterum Angelum, et addatur illi multitudini priori iam productae; si hoc ita contingeret, collectio ante producta fieret infinita ex additione unius tantum Angeli: ergo finitum additum finito, faceret infinitum, quod absurdum est, consequentia probatur: nam collectio antea producta erat finita, quia supponitur, quod Deus tantum simul produxerit omnes Angelos, qui possunt simul produci non perveniendo

ad

ad numerū infitū, deinde q. multitudo resultans ex collectione antea pducta, et Angelo superaddito, esset infinita. Pt: nā si finita foret: q. in collectione pducta ante additionē illius Angeli n̄ pduxerat Deus oēs Angelos, qui possunt pduci sub n̄ perveniendo ad numerū infitū. Si verò dicatur implicatoriū esse, q. Deus pducat sub illos oēs Angelos, qui possunt pduci sub n̄ perveniendo ad numerū infitū, cōe, nā hec ppōes identica Deus pōt pducere sub oēs Angelos n̄ perveniendo ad numerū infitū, quos pōt pducere sub n̄ perveniendo ad numerū infitū: go vera ē: go nihil implicatoriū continet.

2. Rndetur: implicatoriū esse, q. Deus pducat sub oēs illos Angelos, quos pōt pducere sub n̄ perveniendo ad numerū infitū, nā eiusdi ppō supponit aliqd implicatoriū, vnde ista vera ppō implicatoria ē, supponit, inquā, q. possit Deus pducere sub numerū aliquē Angelorū fitū, in q. sint oēs Angeli, quos Deus pducere pōt n̄ perveniendo ad numerū infitū, quoniā in illa ppōe affirmatur, q. pducet Deus multitudinē Angelorū, in quā contineant Angeli oēs, qui possunt à Deo pduci n̄ perveniendo ad numerū infitū: go supponit ea ppō, q. sit pōlis aliqua multitudo Angelorū, quę sit fita, et talis, vltra quā n̄ det multitudo maior finita Angelorū pōlium, sed hoc ē implicatoriū: go in illa ppōe supponitur aliqd implicatoriū, q. implicet illud, q. supponit, ostendimus supra, nā alioqui pōlis esset numerus fitus, qui fitorū maximū: go pōlis esset numerus fitus, cui si adderet vnus, fieret infinitus, q. quidē absurdū ē.

3. Coenter ad superius statuta rndendū ē ppōes ista esse identica: Deus pōt pducere sub oēs Angelos n̄ perveniendo ad numerū infitū, quos pōt pducere sub n̄ perveniendo ad numerū infitū: quę quidē ppō ē ōio falsa ratione suppositi implicatorij, q. includit in illa, vt supra declaravimus, sed verò, q. eiusdi ppō n̄ sit identica pt 1°: si ppō illa esset identica, etiā ista identica esset: Deus pōt committere sub oīa peccata, quę pōt committere sub: go 2a hec ppō vera esset: at quia absurdissimū ē, q. vera sit, nā supponit Deum posse cōmittere aliquot peccata, q. quidē hereticū ē: go 2a ppō n̄ ē identica. Sed fra 2a ppōs eiusdē, atq. fra 1a ppōs:

huius

huius, v. d.t: Deus pot producere sul. om. Angelos n. perveniendo ad numerum infinitum, quos pot producere sul. n. perveniendo ad numerum infinitum: quo hec propo n. e idemtica.

4. Pr. 2o: illa ppo Deus pot producere sul. om. Angelos n. perveniendo ad numerum infinitum, quos pot producere sul. n. perveniendo ad numerum infinitum, equipollet huic: om. Angeli, qui possunt produci a Deo sul. n. perveniendo ad numerum infinitum, possunt produci a Deo sul. n. perveniendo ad numerum infinitum. sd. hec 2a ppo ex parte copule implicationis qui supponit aliquid, qd. v. d.t Deus pot producere numerum aliquem Angelorum finitum, tum finitum maxm, et in altera ppo parte idipsum affirmat: go n. e idemtica ppo, sd. oio falsa. Pr. cons.: ppo, que ex parte subti vi copule implicationis supponit aliquid, et in altera ppois parte enunciat per eadem oio verba illudipsum, qd. supposuerat ex parte subti n. e idemtica, sd. virtualiter composita, et equipollens copulative formali, que constet duplici cathca, quarum una sit idemtica comparat alterius, n. tn. secundum se idemtica: go etc. Anspt.: hec ppo Petrus ... oio ffa: Prus, qui currit, currit, sd. n. e idemtica, sd. virtualiter composita et equivalens huic copulative: Prus currit, et Prus currit: go equivalet duabus ppbus inter se idemticis, quarum nulla secundum se idemtica e, nam si comparemus unam ppem cum altera, dicet idemtica re illius, at vero hec ppo: Prus currit, secundum se sumpta n. e idemtica, sicut ista: Prus e Prus: unde tota illa copulativa n. attenda e idemtica, sd. constans cathcis inter se idemticis, n. autem secundum se idemticis, qualis e ista: Prus e Prus, et Prus e Prus.

5. Pro cuius explane advertes 1o: aliud esse, qd. una ppo sit idemtica comparatione alterius, et aliud, qd. in se idemtica sit, v.g.: hec ppo: Prus currit, e idemtica comparatione huius: Prus currit, at vero hec ppo: Prus currit, n. e in se idemtica, sicut ista: Prus e Prus. Adverte 2o, seu potius in memoria revoca illa, que diximus in compendio logce, qd. v. d.t oi ppo, que unum supponit, et aliud enunciat, e virtualiter composita, et equivalens copulative formali, cuius una cathca enunciet, qd. in ppe virtualiter composita supponebat, et altera cathca enunciet illud, qd. virtualiter composita enunciabat, v.g.: ho, qui albus e currit, que quidem ppo equipollet huic: Aliquis

ho

ho, ē albus, et aliquis ho currit

6. 3° adverte q. copula implicationis qui nunquā accipitur p particula si, et tunc pro nihilo absolute supponit, s. ē conditionalis, et asserit pro conditione illud, q. videtur supponere, et pro conditionato asserit illud q. videtur absolute enunciare, v.g. hec pp°: Ois ho, qui currit, movetur: sub hoc sensu sumpta: Ois ho, si currit, movetur; unde colligitur q. si in illa pp°: oes Angeli, qui possunt simul a Deo produci n perveniendo ad numerum infinitum, possunt a Deo simul produci n perveniendo ad numerum infinitum, particula qui sumatur p si, equivalebit huic conditionali: Oes Angeli, si possunt simul a Deo produci n perveniendo ad numerum infinitum possunt simul a Deo produci n perveniendo ad numerum infinitum: que quidem pp° vera ē, q. ē conditionalis nihil ponit in esse, eius q. vera nihil obstat ad veritatem nostre doctrine, nec verum, q. si Deus posset producere numerum finitum Angelorum oium finitorum maximum, posset producere numerum finitum Angelorum oium finitorum maximum, q. ē ppo de possibilitate impossibili, et conditionalis identica, qualis certa ē, si Petrus currit currit.

7. Obiicies 2°: producat Deus infinitos Angelos quorum quilibet habeat unicum tantum anulum; deinde oes Angeli coniiciant suos anulos in unum acervum, et postea quilibet Angelus extrahat ex eodem acervo duos anulos, et s. q. quilibet Angelus nullo dempto extraheret duos anulos, s. plures Angeli manebunt sine ullo annulo, si 1° dixeris: q. anuli facti sunt duplo plures, quam antea erant, quin aliquis anulus denuo ipsis additus fuisset, q. ē absurdum, absurdum enim ē, q. numerus aliquis maior fiat sine additione aliqua: si 2° dixeris: q. acervus ille anulorum erat finitus, p. hoc eam, quoniam acervus ille exhaustus fuit, itaque plures Angeli manserint sine anulo.

8. Resp., q. in illo casu infiniti Angeli extraherent duos anulos unusquisque et infiniti etiam Angeli manerent sine anulo. Ro ē: nam in illo infinito anulorum essent infiniti numeri binarii: ergo infiniti essent Angeli, quorum quisque unum binarium anulorum extraheret. Deinde essent Angeli, quorum unusquisque maneret sine anulo, quot illi essent, quorum quisque unum binarium anulorum extraheret, s. secundi essent infiniti: ergo et primi essent infiniti, alioquin in infinito numero essent tot unitates, atque in infinito numero,

q.

q. quid sit absurdum est, rat. p.o in doctrina nra nullus est in universo, quem iq. nullus in finiti est, q. semel tantum sit infinitum, s. in ipso est infinite, et infinit. ut supra ostendimus, denique ad instantia reo nulla ro est infiniti, q. aceruus anulorum esset finitus, ex eo q. exauxiret ab Angelis extrahentibus anulos, quoniq. Angeli extrahentes essent infiniti: q. subtractiones essent infinit. s. n. e. contraro infiniti, q. exauxiat per extractiones infinitas, q. s. ille aceruus anulorum exauxiret per ablationes illas factas ab infinitis Angelis non arguere esse finitus.

9. Obies 3.o: producat Deus infinitas amphorarum aqua plenas, et ipsarum aquas in lunas [illegible] diriciat, procul dubio resultabit stagnum infinita aqua dixerunt, ubi aqua aquis penetrabit superναliter ut supponitur: q. ex illo stagno infinitae aquae possunt extrahi amphorae infinitae duplo maiores illis amphoris, a quibus antea stagnum derivatum erat. Resp.: ex illo stagno extrahi posse infinitas amphoras duplo maiores in magnitudine, s. in numero duplo minores illis, a quibus stagnum ortum duxerat, neque enim extrahi possent amphoras duplo maiores in magnitudine, et numero aequales illis a quibus stagnum derivatum esset, nam aliter aqua multiplicaret sine additione aquae, q. est aperte falsum. Disp.o 3.o an sit pole infinitum in magnitudine, seu extensione locali. cap. 1.um: extensio infinita clausa tris simplicat tros

Disp.o 3.a

An sit Pole infinitum in magnitudine, seu exten. locali?

Cap. 1.um

extensio infinita clausa tris, oio implicat tros.

1. Infinitum in magnitudine, seu locali extensione, dicitur illud, q. in aliqua extensione locali caret fine. Rursus infinitum in extensione locali aliud esset infinitum per dimensiones versus, v.g. versus longitudinem, latitudinem, et profunditatem, aliud autem infinitum versus unam tantum dimensionem, v.g. versus longitudinem, quale illud esset infinitum, si Deus produceret virgam in infinitum longam, deinde infinitum in longitudine aliud esset infinitum versus unam tantum

partem

tantum partis, aliud infinitum versus unam, et alteram partem. Primi generis esset virga infinite extensa, quae inciperet a centro terrae, et in infinitum extenderetur orientem versus, quae quidem virga ex una parte finita esset, quippe quae finem haberet occidentem versus, et ex altera parte infinita esset, videlicet orientem versus, nec ex ea parte careret fine. Secundi generis esset virga infinite extensa orientem, et occidentem versus, quae transiret centrum terrae.

2. Omnes Philosophi quos vidi existimarunt impossibile esse infinitum extensione clausum terminis, nam apud ipsos ita supponebatur, quod infinitum ex ea parte, qua infinitum esset, non posse habere punctum ultimum terminativum, nam ideo infinitum dicitur, quia ex ea parte, qua infinite extenditur, caret fine; sicut tota extensio, si duobus punctis, seu terminis claudatur versus nullam partem, carebit fine, et e contrario versus nullam partem in infinitum extendetur. hoc, inquam, indubitatum erat apud omnes fere Philosophos, et quidem de iure optimo; verum P. Arriaga hic disputatione 13. sectione 1ª numero 4º, docet infinitam extensionem esse posse, quae claudatur intra duos terminos; neque deesse contra rationem infiniti, quod virga infinite extensa ab oriente haberet punctum ultimum, sive terminum, et ab occidente similiter haberet punctum ultimum, seu finem.

3. Quod si petatur ab Arriaga, quare non diceretur infinita esset linea, quae utrimque terminis clauderetur; respondet, quod esset infinita, quia licet haberet initium, et finem, nihilominus tamen partes, quae inter illos terminos iacerent, non possent successive numerari. Sunt autem, quod ipse putat authoris ea ad asserendum inductus, haec; ponamus, inquit, virgam infinite longam versus orientem, et finitam versus occidentem; haec virga versus occidentem haberet punctum determinatum a quo inciperet, supponamus ergo, quod Deus illam divideret in duas, utique tunc versus orientem maneret punctum determinatum ultra quod non esset aliud, illud videlicet, quod amitteret unionem cum habentis [illegible] sic puncto, quod quidem punctum a Deo esset assignabile, siquidem illud Deus absolvit unione: ergo virga illa haberet duo puncta determinata et designabilia, intra quae clauderetur, quamvis esset infinite longa.

4. Probat aliter, quod Deus posset dividere virgam illam in duas, sed pars, quae maneret versus occidentem esset finita tamen, quod maneret utrimque circumscripta duobus terminis: at vero pars altera, quae maneret versus orientem extensa infinita maneret, sive vero infinita.

Ergo

Martinez Sancto.

dago, 9. Deus illam dividat in duas partes aequales, talem relinquit solutionis fo-
rem; nam infinita divisa in duas partes aequales, necesse est, quod dividatur in duas
partes finitas: ergo in duas partes infinitas, nam si altera esset finita, et altera
infinita, essent inaequales, quod adversatur. Necesse esset, quod linea in illo casu divi-
deretur in duas partes infinitas, manifestum est, nam alioqui divideretur in duas partes
aequales finitas: ergo tota linea, quae dividebatur, erat finita; alioquin ex
duplici extensione finita resultare posset extensio infinita, quod absurdum est.

5. Instantiis huic obiiceretur, nam dicet, quod Deus
posset dividere lineam illam in duas partes aequales, quia finita pars nequit quo-
libet esse infinita. Et semper maneret pars versus Orientem infinite extensa, et
altera pars versus Occidentem finita maneret, additque quod idem est dicendum de
in se ipsius. Arriaga, nam pars illa, quae versus Orientem extenderetur sine fine,
occupans versus illam partem spatium omne possibile, maior esset ea parte, quae rema-
neret versus Occidentem, quae versus istam partem non occuparet spatium omne possibile:
ergo partes eius adhuc non manerent aequales: ergo non posset Deus dividere lineam
illam in duas partes aequales.

Martes Sancto.

[illegible]

6. Nostra 2a: implicat extensio infinita
clausa terminis. Probatur 1o: extensioni, quae clauderetur duobus terminis, non conveniret
definitio ab omnibus fere tradita infiniti: ergo infinita esset. Probatur ans.: infinitum
est, quod caret fine, seu termino, sed extensio eiusdem versus nullam partem careret fine
seu termino: ergo versus nullam partem infinita esset. Probatur 2o: si Deus produceret infinitos
lapides, ita quod inciperent a puncto A seriatim positi, et in linea recta
extenderentur in infinitum Orientem versus, usque ad punctum B: extensio eiusdem
esset infinita in adversariorum doctrina: ergo lapis positus in puncto B infinite
distaret a lapide posito in puncto A; tunc sic arguitur: lapis penultimus im-
mediatus lapidi posito in puncto B, vel infinite distaret a lapide posito in puncto
A, vel finite? Si primum dixeris: ergo neque lapis positus in puncto infinite dista-
ret a lapide posito in puncto A. Probatur cons.: nam lapis penultimus finite
distaret a puncto B, et penultimus finite distaret a puncto A: ergo punctum
B finite distaret a puncto A, alioquin finita distantia per additionem finitae
distantiae fieret infinita.

7. Si

7. Si vero dixeris, quod v.d. penultimus lapis infinite distaret a puncto A, sicut lapis ultimus positus in puncto B infinite distaret a puncto A? Contra est, quoniam ergo antepenultimus infinite distaret, et etiam immediate antepenultimo infinite distaret ab eodem puncto A, et sic de aliis quidem successive numeratis, sed sic omni cognito: quod Deus videret unico intuitu, quod omnes illi lapides finite distarent a 1o lapide posito in puncto A: quoniam etiam lapis 2us, et 3us, et 4us infinite distarent a lapide posito in puncto A. Consequentia: nam si incipiamus a puncto A, 2us lapis finite distat a 1o lapide posito in puncto A, et similiter 3us, et 4us finite distant ab eodem puncto A, et si incipiamus a puncto B, 2us lapis infinite distat a puncto A, et 3us, et 4us, similiter infinite distant a puncto A: quoniam in illa collectione sunt lapides, qui finite distant a puncto A, et lapides, qui distant infinite a puncto A.

8. Pergo ulterius, signet Deus nota alba omnes eos lapides, qui distant infinite a puncto A, et nigra nota eos lapides, qui solum finite distant ab eodem puncto A. Quod Deus id possit efficere patet, nam Deus unico intuitu videt quaenam omnes lapides distent a puncto A, et quae finite distant, neque quae infinite distant. Signatis ergo lapidibus eiusdem notis, aliquis lapis est albedine notatus, post quem immediate sequitur lapis notatus nigredine: ergo immediate post lapidem finite distantem a puncto A, sequitur lapis infinite distans ab eodem puncto A: sed hoc implicat: ergo et [illegible]. Quod implicet, manifestum est, nam aliter finita distantia per additionem finitae distantiae solius, infinita fieret. Maior probatur: si ante quemlibet lapidem illius collectionis notatum alba nota, datur alius lapis eadem alba nota designatus: ergo illa collectio lapidum alborum non ponitur immediate post collectionem lapidum nigrorum: quod est contra suppositionem, nam supponimus, quod omnes lapides nigri, idest finite distantes, quam albi, seu infinite distantes, sunt positi unus post alium in linea recta orientem versus: ergo tota collectio alborum est immediate post collectionem nigrorum: ergo duo lapides alter niger, et albus alter sunt immediate inter se unus post alium: quod si, ipse lapis niger finite distaret a puncto A, et lapis albus immediate illi distaret infinite ab eodem puncto A, quod est absurdum. Cap. 2us. Difficultatibus positis satisfit.

infinite

Cap. 2um

Diluunt potissima satisfit.

1. Prius quam mentem nostram aperiamus notandum est authores illos, qui negant potentiam extensionis infinitae in duas dividi sententias, alii enim affirmant dari mensuram certam, ac determinatam extensionis finitae, ultra quam non sit possibilis extensio aliqua maior, consequenter quod dari extensionem finitam, ac determinatam omnium possibilium maximam: quapropter asserunt semel producta a Deo hac extensione finita non posse illam ipsi superaddere aliquam extensionem, exemplicaad: extensio finita possibilis omnium possibilium maxima sit illa, quae extendat per mille ulnas spatii, casu quo Deus hanc extensionem produceret, asserunt non posse Deum ipsum illi superaddere scilicet unicam ulnam. Sed haec omnino falsa est, eius quod falsam ostendi poterit illis fere omnibus fundamentis, quibus probavimus supra implicare numerum finitum omnium finitorum maximum.

2. Nunc autem breviter impugnatur sententia praedicta: nam quacumque finita extensione producta nulla datur repugnantia in eo, quod Deus illi superaddat scilicet unam ulnam, neque enim ulla designabitur ratio, propter quam repugnet, quod Deus illi superaddat unam ulnam: nam sit extensio illa quae vocatur omnium possibilium maxima extensa per mille spatii ulnas; producatur quoque illa a Deo: cur repugnabit ultra illa superaddita mille ulnis, et non repugnabunt mille ulnae, nulla certe designabitur discriminis ratio, neque aliqua implicatio, nam si aliqua repugnantia esset in eo, quod illi extensioni finitae adderetur illa ulna, maxime, quia repugnaret extensio infinita, sed haec ratio nulla est: ergo etc. Minor probatur: quia si cuicunque determinatae extensioni finitae adderetur ulna, maneret adhuc finita: ergo non infferret ex additione illa, quod poneretur extensio infinita. Antecedens probatur: nam si daretur extensio illa finita, quae vocatur omnium possibilium maxima, et ex additione unius ulnae fieret infinita, infinitum ex solo additione finiti redderet infinitum, sed hoc est absurdum: ergo etc. Maior constat, minorem ostendimus supra quod videlicet ex duplicato finito nequeat resultare infinitum.

3. Alii vero authores, qui negant potentiam extensionis infinitae

in finitae

in finitum alia via gradiuntur, opinantur quippe repugnare finitam extensionem determinatam omnium possibilium maximam, itaque docent, licet Deus posita quacunque finita extensione determinata, possibile adhuc maior extensio finita. Licet, inquam, Deus possit ponere actualiter aliquam quamcunque extensionem, qua posita, verificandum sit: non datur adhuc infinita, sed finita tantum extensio, potest enim Deus ponere extensionem centum ulnarum, mille, bismille, ac denique quamcunque extensionem, quae ex conceptu suo finita est; non tamen potest producere finitam extensionem omnium possibilium maximam, quia huiusmodi extensio finita repugnat, nam quaecunque finita extensio per additionem alicuius finiti non redditur infinita, sed finita maior tantum; et cuicunque extensioni finitae designatae, potest Deus addere aliquid finitum: Unde quacunque extensione posita Deus potest aliquam finitam maiorem extensionem producere, nec possibile est huiusmodi extensio finita omnium possibilium maxima, neque Deus cognoscit extensionem aliquam finitam possibilem, de qua enunciet hanc propositionem: illa extensio est finita, et si addat illi aliquid finitum, fiet infinita. Nihilominus tamen hi docent repugnare infinitam extensionem: Unde asserunt Deum non posse, nec de potentia absoluta verificare propositionem istam: extensio actualiter producta est infinita. Quicquid autem adducunt ad hoc suum asserendum, a recto, quia insolubile putant, ut infra patet.

4. Nihilominus tamen secunda sit: possibilis est extensio infinita. Probatur: Deus potest producere extensionem finitam maiorem, et maiorem sine termino: ergo sunt possibiles infinitae extensiones finitae: sed Deus potest producere quamlibet extensionem finitam possibilem: ergo Deus potest producere infinitas extensiones finitas simul, sed infinitae extensiones finitae constituunt extensionem infinitam: ergo Deus potest producere infinitam extensionem: ergo haec possibilis est. Respondent adversarii criter distinguendo illud antecedens 2m: Deus potest producere quamlibet extensionem finitam possibilem divisive: concedunt antecedens: collective cum reliquis omnibus possibilibus: negant antecedens. Pro quo reddunt suae distinctionis, nam plurium entitatum possibilium existentia potest sumi dupliciter, primo considerari, ut si sit possibilis coexistentia illarum omnium, ita ut haec propositio verificetur: coexistit haec entitas cum reliquis omnibus possibilibus. 2o: si sit possibilis existentia cuiuslibet positae divisim ab aliis, non autem simul cum reliquis omnibus possibilibus.

5. Quod autem accidere possit, quod una entitas sit possibilis divisim ab alia, non autem simul cum alia, ostendunt exemplo desumpto ab actibus odii et


amoris

amoris et odii, nam involuta entia posse exercere actum amoris, et actum odii, circa idem obiectum, nec tamen exercent simul exercitium actus amoris, et odii, quibus utique coexistere est modus; sed exerceri debet divisim, hoc est, actus amoris si fiat, non fiet odium; et si fiat odium, non fiet amor, itaque doctrina ista sic applicatur argumento supra facto: Deus potest ponere quamlibet extensionem finitam posse cum coexistentia cum reliquis omnibus possibilibus, nequit tamen producere extensionem aliquam infinitam coexistentem cum reliquis omnibus possibilibus, sed contra est, nam quotiescumque duo exercitia possunt divisive, haud simul, id evenit ex eo quod unum pugnet cum altero, et illud excludat a re ipsa; sed extremis infinitis extensionibus finitis possibilibus, nulla pugnat cum alia in re ipsa: quod si infinitae extensiones finitae possibiles exerceri possunt divisive, simul etiam poterunt exercere. Nobis coexistentiam illarum extensionum repugnare, atque quod si ponatur in re ipsa inferrent absurda non pauca. Sed contra est: non coexcludi coexistentiam extensionum nullum absurdum infert, ut constabit ex solutione argumentorum, quam statim subiicio. Cap. 3. argumentum, quod ab adversariis insolubile putatur, solvit.

Cap. 3.

Argumentum, quod ab adversariis insolubile putatur solvit.

1. Potissimum argumentum adversariorum sic instaurat: Deus mutuo ab eodem puncto A protendi duplicem lineam per modum pyramidis, itaque tantum recedat unaquaeque ab altera, quantum quaelibet recedit a puncto A, sive centro ubi se tangunt, quatenus subiecta figura ostendit.



Sic arguitur. Et probo hanc pyramidem infinitam implicare, et utroque lineae B et alterae C claritatis gratia, tantum distat linea B a linea C quantum distat a centro A, sed linea B recedit a centro A per infinitam distantiam: ergo linea B recedit a linea C per infinitam distantiam: ergo distantia quae continetur inter lineam B et lineam C est infinita, et continetur inter duos terminos assignabiles clauditur infinita distantia, sed implicat etiam in terminis principiis infinita extensio clausa duobus terminis: ergo pyramis illa infinita implicaret [illegible] dirimitur, atque [illegible] ille est evidens, ut [illegible] adversarius, tum quoad singulas premisas, tum quoad illationem: ergo etc.

2. Si vero non daretur dicta infinita inter illas duas lineas contenta per ab adversario: nam latitudo infinita illius pyramidis esset linea aliqua ducta ab una costa in alteram, quae quidem linea haberet infinitam extensionem, sed nulla esset ibi linea ducta ab una costa illius pyramidis in alteram costam, quae haberet extensionem infinitam: ergo nulla esset ibi latitudo infinita. Maior certa est, nam longitudo illius pyramidis essent lineae ductae a puncto A, seu centro versus orientem, et aquilonem, latitudo autem essent lineae ductae ab una costa in alteram, id est, a linea B in lineam C. Minor probatur: quia prima linea latitudinis post punctum centricum A est duorum punctorum, 2a trium, 3a quatuor, et sic crescant per excessum finitum, quo quaelibet alias superat: ergo nulla ibi latitudo, sive linea ducta ex costa in costam, quae sit infinitae extensionis: probatur: ex illo principio: in rebus illis, quae crescunt cum proportione per excessum finitum non datur una, quae sit infinita.

3. Si dicatur: hoc principium non esse certum, illud probant adversarii, in hoc casu harum linearum, quae in hac pyramide crescunt cum proportione ut quaelibet superet unico tantum puncto antecedentem: prima linea habet duo puncta, 2a linea habet tria, 3a quatuor etc. Per infinitam collectionem harum linearum non dari aliquam infinitam, si datur aliqua infinita, sed haec habet immediate ante se aliquam finitam, vel infinitam, si dicatur habere immediate ante se aliquam finitam: ergo haec non superat antecedentem immediate per unum tantum punctum, quod est contra suppositum. Patet consequentia: siquidem concedit dari duas lineas immediatas interesse, quarum una est finita, et altera infinita. Si dicatur esse infinitam, contra instantia adversarii:

Summarum

sumamus totam collectionem linearum, quae sunt infinitae: linea immediate ans totam illam collectionem non erit infinita: ergo erit finita: ergo immediate post lineam finitam sequitur infinita: quod contra suppositum, nam supponitur quod quaelibet linea superat immediate praecedentem per unum tantum punctum.

4. Si recte perpendatur vis argumenti tota nititur in illo principio: quo plus distant lineae piramidales a cuspide, seu centro, plus distant inter se, et si supponatur lineas piramidales constituere angulum acutum, itaque si ducamus lineam a certa in certam, efficere possimus triangulum aequilaterum, verum si hoc principium: tantum distat una linea pyramidalis ab altera, quantum distat a cuspide seu centro, sed nullum ex his principiis, quae quidem verissima sunt, probat illud, quod intendunt adversarii. Plus autem quo solvamus argumentum supponendum est distantiam esse exerceri inter duo puncta determinata, ita ut quoties dicamus distantiam aliquam, talem esse, sed falsum, nam loquendum nobis sit de duobus punctis determinatis, intra quae contineatur eiusdem distantia. Unde colligitur 1°, quod una distantia certa, ac determinata, quae infinita sit, repugnat, nam hoc ipso quod una distantia sit certa, et determinata, contineri debet intra duo puncta determinata, et eo ipso, quod contineat intra duo puncta determinata, nequit esse infinita, sed finita, ut constat ex supradictis.

5. Colligitur 2°, quod si demus productas esse a Deo lineas piramidales, de quibus procedit argumentum, falsum erit dicere: linea quaelibet infinite distat a centro, si li infinite distat proprie accipiatur: nam eius di[illegible] sonat, quod linea quaevis infinite distat a centro per aliquam certam, ac determinatam distantiam, quae una distantia sit, et infinita: atqui eo ipso, quod una certa, ac determinata distantia sit, contineri debet intra duo puncta, et eo ipso quod intra duo puncta, nequit esse infinita erit: ergo falsum erit dicere, quod quaevis linea tota infinite distat a centro, per aliquam distantiam certam, ac determinatam, quae infinita sit, quare non dicendum erit quod quaevis linea pyramidalis tota infinite distat a centro, sed infinitum distat a centro, per infinitas distantias maiores, et maiores a centro, nam quodcumque punctum determinatum assignet in qualibet linea pyramidali, finite distat a centro, et ultra illud punctum restat aliud quod plus distet a centro, sed per finitam distantiam, et sic in infinitum, itaque numquam perveniamus ad punctum determinatum lineae pyramidalis, quod infinite distet a centro, sed ultra quod non supersit aliud punctum eiusdem

lineae

Lineæ, quæ plus distet a centro, scilicet per finita distantia.

6. His suppositis, redarguo illi syllogismo, in quo totum vis argumenti sita erat: syllogismus hic erat: tantum distat linea B a linea C, quantum distat a centro A: sed linea B recedit a centro per infinita distantia: ergo linea B recedit a centro per infinita distantia: ergo linea B recedit a linea C per infinita distantia. Redarguo igitur: concedendo maiorem, et distinguendo minorem: linea B recedit a centro per infinita distantia, quarum una distantia determinata sit, et infinita: non minorem: per infinita distantia, hoc est, per infinitas distantias maiores, et maiores sine termino: concedo minorem, sed absolute non minorem, quia quidem si rigorose sumatur, scilicet per infinita distantia sonat, quod distet per unam distantiam, quarum una distantia sit determinata et infinita, consequenter est falsa, nam distantia quævis determinata, ut supposuimus, exerceri debet ex conceptu suo inter duo puncta, seu terminos designatos, quorum unus sit ille, qui distat, et alter sit ille, a quo distat, consequenter implicat, quod eius distantia infinita sit. Unde liquet, quod ut arguens probet illud, quod intendit debet assignare punctum aliquod in linea B, quod infinite distet a centro A per longitudinem, ut inde arguat illud idem punctum infinite distare per latitudinem a linea C; sed numquam designabit punctum aliquod determinatum in linea B, quod infinite distet a centro A, quoniam illud punctum non est assignabile, neque Deus illud agnoscit, quoniam illud non datur, immo implicat, quod detur; implicat enim aliqua distantia determinata, quæ una sit, et infinita, propter superius dicta, quoniam quævis distantia certa, et determinata, quæ una sit exerceri debet, et contineri inter duo puncta, seu terminos assignabiles, et eo ipso finita est.

7. Instabis forsan: ergo nullum punctum determinatum est assignabile in linea B, quod infinite distet a centro A: ergo neque collectio punctorum lineæ B infinite distat a centro A: ergo tota collectio punctorum, quæ sunt in linea B, finite distat a centro A: ergo tota linea B finita est. Patet consequentia, nam linea illa finita est, cuius quodlibet punctum, et cuius tota collectio punctorum finite distat a puncto determinato; eo enim ipso tota linea clauditur inter duo puncta, seu terminos duos designabiles. Respondetur: concedendo primam consequentiam, et distinguendo secundam consequens: ergo neque tota collectio punctorum lineæ B infinite distat a centro A, idest, neque in infinitum distat per infinitarum distantiarum finitarum: nego consequentiam: neque infinite distat a centro A per aliquam distantiam, quarum una

sit

sit, et infinitas: concedo conseq. Probatur dicti consequentis: supra ex posita est: non aut 3 9 conseq, sub. et 3 3 coens. q. v.d.t tota collectio punctorum lineae B finite distet a centro A; nam si tota collectio punctorum lineae B finite distaret a centro A, tota collectio punctorum lineae B consisteret distantia aliqua, quae una esset, et finita: ergo tota collectio punctorum lineae B contineret inter duo puncta neutros duos, quorum unus esset qui distaret, et alter esset ille, a quo distaret: ergo tota collectio punctorum lineae B consisteret una linea, quae tota clauderet duobus terminis: ergo tota linea B finita esset, quod quidem in illa perveniendo esset ad aliquod punctum determinatum, seu terminum ultra quem non extenderet in illa pars, quae semper usque in infinitum extenditur.

8 Instabis iterum: altera ex istis propositionibus contradictoriis vera est: tota collectio punctorum lineae B finite distat a centro A per unam distantiam finitam: non tota collectio punctorum lineae B finite distat a centro A per unam distantiam finitam; sed prima propositio per nos falsa est: ergo 2a propositio negativa, et contradictoria vera est: sed ex propositione 2a negativa infertur haec propositio: tota collectio punctorum lineae B infinite distat a centro A per unam distantiam, quae infinita sit: ergo linea B infinite distat per unam distantiam a centro A: sed tantum distat linea B a linea C quantum distat a centro A: linea B infinite distat per unam distantiam infinitam a centro A: ergo linea B infinite distat per unam distantiam infinitam a linea C: ecce omnino absurdum. Quod autem illa 3a propositio sequitur, infertur ex propositione 2a negativa, probatur: bene valet: A distat a B, et non finite: ergo A distat a B infinite: A distat a B infinite: ergo per unam distantiam infinitam.

9. Respondetur: concedendo ex illa duplici contradictoria 2am, v.d.t negativam: nego tamen ex illa 2a negativa inferri consequentiam illam propositionem: ratio est: nam 2a propositio contradicit copulative priori affirmativae, quae quidem affirmativa virtualiter composita est, et aequipollet huic: tota collectio punctorum lineae B distat a centro A per aliquam unam distantiam, et haec distantia finita est: ergo illius contradictoria negativa aequivalebit huic: vel tota collectio punctorum lineae B non distat a centro A per aliquam unam distantiam, vel si distat per aliquam unam distantiam, distantia haec non est finita, sed infinita: unde vera est negativa aequipollens ratione 1ae partis, non autem ratione 2ae partis.

10. Probatur

10. Ad huius enq. ista collectio punctorum extensioni infinita nequit constituere distantiam aliquam, quae una sit, et non et cuius tota collectio distet ab aliquo puncto determinato, unde nihil mirum, quod neque ista collectio punctorum lineae B distet a centro A per aliquam distantiam, quae una sit, et infinita, neque per aliquam distantiam, quae una sit, et infinita, propter quae superius diximus, nempe extensio infinita nequit constituere per se totam unam distantiam, non cuius tota distet ab aliquo puncto determinato; si enim ista collectio punctorum lineae B constitueret unam distantiam, cum distantia omnis ex conceptu suo debeat claudi inter duos terminos, inter quos narro exercendae, quorum unus terminorum sit ille, qui distat, et alter, ille, a quo distat, inde fieret, quod tota linea infinita clauderet inter duos terminos, consequenter B non esset infinita, sed finita, et taliter in qua perveniendum esset ad aliquod punctum determinatum, ultra quod linea B non extenderet in illam partem, versus quam finaliter extenderet, id est, extenderet sine termino.

fieret [margin]

11. Replicabis denique: in linea B sunt infinitae distantiae finitae, maiores, et maiores sine termino, non quatenus linea B per infinitas sui partes in infinitum distat a centro A: sed infinitae distantiae finitae constituunt unam distantiam infinitam: ergo tota linea B distabit infinite a centro A per aliquam distantiam, quae una sit, et infinita. Maior certa est, minor probatur a pari: infiniti numeri finiti constituunt multitudinem infinitam, et infinitae extensiones finitae constituunt unam extensionem infinitam: ergo infinitae distantiae finitae constituunt distantiam quae una sit, et infinita.

12. Respondeo: concedendo maiorem, et negando minorem, ad cuius probationem: concedo antecedens, et nego consequentiam. Ratio discriminis illa est, quam saepius diximus, quod ut distantia quaevis certa, et determinata ex conceptu suo dicit claudi inter duos terminos, quorum unus sit ille, qui dicitur distare, et alter sit ille, a quo dicitur distare, unde licet infinitae distantiae finitae constituant unam extensionem infinitam, et omnis extensio infinita debeat esse talis, quae non claudatur inter duos terminos determinatos assignabiles, nihil mirum quod infinitae distantiae finitae non constituant distantiam unam, quae infinita sit, siquidem numquam constituent unam distantiam, quae una sit, et non certo contenta inter duos terminos, et vero, neque infinita multitudo, neque infinita extensio dicit ex conceptu extensionis, aut ex conceptu multitudinis claudi inter duo puncta, seu terminos assignabiles: unde nihil mirum, quod infiniti numeri finiti constituant unam

multitudinem

multitud. infinita, et infinitæ extensionis finitæ, æquant unam extensionem infinitam, si autem infinitæ distantiæ finitæ æquant distantiam, quæ una sit, et infinita. Cap. 4. argumenta leviora solvuntur.

Cap. 4.

Argumenta leviora solvuntur.

1. Obijes 1.°: producat Deus infinitos montes seriatim positos, ita quod rectam lineam constituant incipientes à puncto A. Orientis versus, et unus immediate sit post alium, et in singulis montibus producat unica formica, deinde destruat Deus omnes montes, et coniungat omnes formicas versus Occidentem, v.g. versus punctum A, unde incipiebant montes, ita ut quælibet formica sit extra locum alterius, et tamen quæque immediate posita post aliam, nullo spatio inter formicam et formicam vacuo relicto, et formicæ omnes seriatim positæ, constituant lineam rectam Orientis versus. Tunc eo quod formicæ minus spatium occupabunt, quam montes occupabant: ergo formicæ non occupabunt spatium totum, quod est à puncto A Orientis versus, quod quidem spatium occupabant montes: ergo spatium, quod formicæ occupabunt habebit finem versus Orientem: ergo spatium illud dimidium finitum erit, sed eadem debet esse infinitum: ergo spatium, quod formicæ occupabunt erit finitum, et infinitum. Probatur: nam quælibet formica diversum spatium, et finitum occupabit, ab illo spatio, quod alia formica occupabit: sed formicæ infinitæ erunt: ergo occupabunt infinitum spatium: nam ex infinitis spatijs finitis resultare debet spatium infinitum: ergo spatium, quod occupabunt formicæ, finitum erit, et infinitum.

2. 2.° instaurat idem argumentum, mutata materia: Supponamus, quod Deus producat infinitos lapides albos, et nigros, ita quod seriatim ponantur in forma rectæ lineæ, quæ incipiat à puncto A, versus Orientem eo ordine, ut post quemlibet lapidem album sequatur niger. Tum vero destruat Deus omnes lapides albos, ad moveat versus Orientem, et iungat inter se omnes lapides nigros, ita quod nigris repleat vacuitates omnes relictas à lapidibus albis: tunc inferret, quod spatium relictum inter 1.um lapidem nigrum, et punctum A, à quo incipiebat series lapidum constans albis, et nigris, esset finitum, et infinitum: ergo inferret

Cº dictio

O.c dictio. Pr. ars: esset finitum: nam spatium illud clauderet inter duos terminos assignabiles, rursus infinitum esset, nam spatium vacuum relictum esset illud, quod occupabant infiniti lapides albi: sed spatium, quod infiniti lapides albi occupabant nequit esse finitum, nam est iunctum ex infinitis spatiis finitis: ergo spatium vacuum relictum inter lapides nigros, et punctum A, esset infinitum et finitum.

3. 3.o instaurat idem fere argumentum mutata modo: producat Deus lineam infinitam, quae traiiciat centrum terrae, et extendatur in infinitum Orientem, et Occidentem versus: deinde destruat Deus duas ulnas illius lineae, illas videlicet quae ex utraque parte immediate tangebant centrum terrae. Rursus admoveat Deus, et adiungat centro terrae duas lineas illas relictas, et in infinitum protensas versus Orientem, et Occidentem: in isto casu, linea illa, quae in infinitum protendebat Orientem versus, retrotrahitur versus centrum terrae, idem versus Occidentem per ulnam spatii: ergo relinquit ex parte Orientali locum, seu spatium unius ulnae vacuum: ergo linea illa erit finita, et infinita: erit infinita: quoniam antea infinita erat, ipsique solum est ademptum aliquid finitum: si a infinito sublatum demas finitum, infinitum manet: ergo linea illa infinita manebit, deinde linea illa finita erit, nam etiam Orientem versus finem habebit scilicet, eam partem, quam ulna spatii, quod antea occupabat, vacua manet. Idem argumentum formari potest in linea illa, quae a centro terrae in infinitum protendebat Occidentem versus.

4. 4.o denique effrari potest, non absimile argumentum in alia modo: producat Deus lineam incipientem a centro terrae, quae in infinitum protendat Orientem versus. Deinde circumvolvat Deus in gyrum lineam istam circa centrum terrae, tunc vel linea illa hac rota circumvoluta occupabit infinitum spatium ex parte versus, videlicet Orientem versus, Occidentem, Septentrionem, et meridiem, vel non occupabit; si secundum dicatur, contra est; nam linea illa solum antea occupabat spatium omne possibile Orientem versus: ergo nequit, sine multiplicatione sui, occupare denuo spatium omne possibile tum Orientem versus, tum etiam versus Occidentem, Septentrionem, et meridiem. Si dicatur primum: ergo aliqua ratione dabitur eius lineae ultima, in qua desinat tota linea, et extremum, non circumvolvatur linea in gyrum circa centrum terrae: ergo tota linea finita erit quod

quidem

quo quidem claudebatur intervallum duarum lineis finitum V, d, et quod tangit centrum terre ut fine, ubi desinit ultima gyratio: sed aliunde infinita esse supponitur: ergo finita erit, et infinita.

5. Una solutione occurrit communiter his omnibus argumentis, ad primum namque dicit quod in illo casu Deus posset adiungere inter se sulcos formicarum earundem, et illud inconveniens, quod infert argumentum, per quod V, d, et quod infertur formicas illas occupaturas esse infinitum spatium, et finitum. Similiter ad secundum negat esse possibile quod in illo casu Deus moveret omnes lapides nigros orientem versus, illosque inter se ita iungeret, ut repleret vacuitates omnes relictas a lapidibus albis, et negat id esse possibile per absurdum, quod ex eo inferri potest in argumento. Ad tertium negat etiam quod ablatis illis duabus ulnis circa centrum terre Deus posset retrotrahere centrum versus lineas illas, quarum una in infinitum extendebatur orientem versus, et altera in infinitum erat extensa occidentem versus, idque negat non alia de causa, nisi quod inferret illud inconveniens quod in argumento inferendum est, ad quartum denique negat quod Deus in illo casu posset lineas illas infinitas devolvere in gyrum circa fortem centrum per absurdum in argumento illatum.

6. Sed instant adhuc adversarii. Si loquamur de lapidibus nigris, ubi dicit Deum non posse in illo casu adiungere illorum omnes lapides nigros inter se, ita ut replicant vacuitates omnes relictas a lapidibus albis; nullus lapis niger est, qui nequeat a Deo coniungi quoad locum cum alio nigro: ergo lapides omnes nigri a Deo iungi possunt inter se quoad locum, sed omnes lapides nigri sunt infiniti: ergo Deus coniungere potest infinitos illos nigros lapides inter se quoad locum: eadem instantia fieri potest in argumento formicarum. Huic instantie communiter respondetur, distinguendo illud consequens: ergo lapides omnes nigri possunt a Deo iungi inter se quoad locum divisive, seu distributive, conceditur consequens: sub [illegible] collective: negatur consequens, et asserunt quod nullum lapidem nigrum esse, de quo nequeat verificari posse hec: hic lapis niger potest cum alio nigro immediate coniungi a Deo quoad locum; nihilominus tamen non esse possibile, quod tota collectio lapidum nigrorum sub stet ita inter se in suis partibus coniuncta, ut nullum relinquatur spatium intermedium vacuum.

7. Concludunt denique non esse novum, quod praedicatum aliquod conveniat omnibus partibus alicuius collectionis, distributive sumptis, non autem omnibus partibus collective sumptis, seu toti collectioni, et econtra, quod aliquod praedicatum conveniat toti collectioni, non autem singulis partibus distributive sumptis, ut videre est in exemplis non paucis: de unoquoque homine dicitur quod sit individuum, non autem de tota collectione hominum, quae non dicitur esse individuum, aut esse individua. Deinde, si collectio quatuor hominum successive durasset per horam integram, ita quod primus homo durasset per primam partem horae, secundus per secundam, tertius per tertiam, et quartus per quartam horae partem durasset, eiusdem collectio diceretur quod veraciter durasse per horam integram, licet tamen falsum esset dicere de unoquoque illorum hominum, quod durasset per horam integram.

8. Quod si a me petas, quomodo solvenda sint argumenta superius facta? Respondeo quoad praesens attinet, tibi liberum relinqui utrarumque solutionem praedictarum, quoniam non noxia erit, in se manifestum, quae tibi obiiciant adversarii; si vero instent, quod gratis omnino neges possibilitatem illam in illo multiplici casu, non alia ratione ductus, nisi quia inferret absurda illa, quae in argumentis inferri probantur: Coerebis, optima esse rationem ad negandam possibilitatem aliquam rei alicuius, quod si eiusdem responsio inferret contradictionem. Secundo retorquebis argumenta fere omnia in adversarios, et ipsi cogentur ad solutionem omnium illorum exhibendam: primo in adversarios, qui concedunt esse possibile infinitum categorematicum innumero, seu multitudine, non autem in extensione, ita retorquebis argumentum: possibiles sunt infiniti lapides albi, et infiniti lapides nigri, producat ergo Deus omnes istos lapides, cur non poterit Deus illos omnes seriatim ponere incipiendo a puncto A Orientem versus, ita quod post quemlibet album sequatur niger, et post quemlibet nigrum sequatur albus in modum lineae rectae.

9. Respondebunt: id esse impossibile: petes ab illis cur illud sit impossibile, siquidem supponunt omnes illi lapides sub a Deo producti, quod ipsi fatentur esse possibile? Respondebunt, quia impossibilis est extensio infinita: iterum rogabis, cur impossibilis sit extensio infinita. Respondebunt, quia clauderet tria contra argumentis supra factis patet: Instabis: nullus lapis niger est, illius multitudinis infinitae, quia Deus non possit immediate poni post album, et nullus lapis albus est reliquorum, qui non possit a Deo immediate poni post illum nigrum, et nullum niger reliquorum

10. Obies; qd si prius in duplici loco adeq to sul ds mat. supposito isto miraculo, poterit nāliter in uno loco amare obtm et in altero loco here odio idē obtm. si amor tamq Corduba ponat, et odium tamq Hispali locet, ūg; s. hoc absurdum é; qd ē. cons. s° ps; nā si P. ... in illo casu posset in uno loco amare obtm, et in altero loco sul odio here idem obtm, maxe quia odium, et amor, sunt qualitat phice dō rig, scentiq mutuo se expellunt ab eode subto; s. calor ut octo, et frigidas ut octo sunt qualitat nō minus phice dō rig, et tmn, si subtum in duplici adeq to loco sul ds mat, uno posset nālit recipi in subto Corduba, et altera in eode subto Hispali: qo siliter dicendum erit de odio et amore. Confirmat eiusdem aiē in duplici loco adeq to sul. ds. tum. Confirmat, q. sicut ablata presse locali inter qualitat caloris, et frigoris, et approximat unius qualitat ad alteram; frigiditas ut octo, nequit in actu 2° resistere calori ut octo, neq una qualitas in alteram agere, ita siliter odio, et amore inter se absentibus, nō poterit amor cum odio repugnare in actu 2°: qo idē dicendum erit in utroq casu.

11. Rer, nanda Lj cog, rdq discrimen é manifestum, quoniā aiā realis, sicut etiā, quaevis alia subta spiritualis volitiva creata, nequit nālit odio here obtm, et amare idem obtm, quin phice influat actione vitali sul in amorē, et odium eiusd obti, et aiā realis nō het virtutē effectivā vitalē ad sul influendum actione vitali in amorē, et odium eiusd obti; unde L. t eadē aiā in duplici loco adeq to sul ds mat, adhuc nō poterit nālit sul influere actione vitali in amorē, et odium eiusd obti. Ro é, nā virtus effectiva aiē

aiq realis non auget esse eo, quod eadem aia subsistit in duplici loco adequato, ac proinde aia lauda virtute effectiva habet in unico loco locata, atque in duplici sub adequato loco constituta, sed in unico loco constituta, non habet virtutem effectivam vitalem ad sui influendum in amorem, et odium eiusdem obiecti: ergo neque virtutem eiusdem habebit quamvis sit in duplici loco adequato subsit constituta. doctrinaque satis constat ex superioribus, ubi probavimus non augeri virtutem effectivam uniusque entis ex eo, quod sub in duplici loco adequato locet.

12. 4a difficultas sit: si aqua v.g. esset Cordubae cum sua frigiditate intensa, et sub Hispali esset, sed ibi sine frigiditate hoc supposito miraculo, si accederet ignis existens Hispali aquae ibi existenti, naturaliter in ea induceret calorem intensum in illo gradu, in quo potest aqua naturaliter conservari, et in statu violento, retenta frigiditate intensa Cordubae recepta. Sit ratio: aqua supponatur subiectum, quamvis est capax recipiendi sub calorem intensum, et frigiditatem intensam, et non opus sit quod subiectum recipiens frigiditatem physice influat in illa; in casu quo de quo agimus, si supponatur aqua subiectum potens influere sub naturaliter in frigiditatem intensam, et calorem intensum. Probatur 2o, et imprimis, quod agens calidum posset Hispali inducere in dictum subiectum, quamvis est capax caloris intensi, etiamsi Cordubae unita esset eidem subiecto frigiditas intensa, non impediente contrarietate qualitatum, patet ex dictis § immediate praecedenti, quod cum aqua naturaliter conservaret cum calore intenso sub, et frigiditate intensa, et in statu violento (neque enim naturaliter non accipit pro re opponitur violento, sed quod opponitur supernaturalitati) sit ratio aqua supponatur subiectum capax recipiendi sub calorem intensum, et frigiditatem intensam, pro quo si aqua non posset naturaliter conservari calore maxime, quia calor intensus est qualitas contraria aquae, sed de facto naturaliter conservatur aqua cum calore intenso qualitate sibi contraria, ergo etiam in illo casu posset aqua naturaliter conservari cum calore intenso.

13. Confirmatur: non magis violentum est aquae, quod conservetur cum calore intenso, et sine frigiditate sua intensa, quae dicit passio aquae debita, quam quod conservetur cum calore intenso retenta frigiditate sua intensa; sed de facto naturaliter conservatur aqua cum calore intenso et sine frigiditate intensa; ergo a fortiori posset in illo casu aqua naturaliter conservari cum calore intenso, retenta

sua

sola frigidit. intensa. Confirm. 2º, si aqua n. posset naliter in illo casu resistere sub Hispali calori intenso maxe, quia agens calidus n. posset vincere resistentiam aquae sub, et frigiditatis intensae in aqua perseverantis, sed in illo casu tam aqua resisteret in actu 2º agenti calido solum existenti Hispali, nam frigiditas intensa resisteret in actu 2º agenti calido: go &c. Minor pt ex supradictis, nq agens frigidum existens tam Cordubae, ac p[illegible] absens ibid, nequit resistere in actu 2º agenti calido solum existenti Hispali, ac proinde posito extra sphaeram suae activitatis suae: go &c. Cap. 16. Dubia n. nulla, quae supersunt solvunt.

Cap. 6um

Dubia n. nulla, quae supersunt, solvuntur.

1. Dubitabis 1º, an si supponatur aqua finita constituta sub, in duplici loco adaequato, v.g. Cordubae sub, et Hispali, utrobique cum sua frigiditate intensa, et accedat ignis existens tam Hispali, applicetque aquae, et in frigiditate agat actione illa, quae sufficeret ad destruendam frigiditatem illam intensam, casu quo existeret tam Hispali; tunc destrueret frigiditas intensa utrobique? Et anni. sed solum periret ubicatio, per quam frigiditas intensa locatur Hispali, et frigiditas intensa maneret Cordubae unita lidem aquae? Resp.; non naliter destrueret frigiditas intensa utrobique, idem Hispali et Cordubae, nisi Deus velit per mirac. miraculum servare frigiditatem illam intensam Cordubae, destructa solum ubicatione, per quam frigebat Hispali. Probatur: quia tunc ex vi agentis calidi naliter destrueret illa frigiditas intensa; go tota entitas destrueret cum suis ubicationibus, per quas intrinsece est. Patet cons.; nq destructa ex n. esset intrinsece [illegible] intrinsece antea fuerit: sed quod n. est intrinsece nullibi est: go quod destruitur nullibi manet; atqui tunc naliter destrueret frigiditas intensa ex vi agentis nalis calidi: go naliter ubique desineret, go naliter nullibi maneret: go neque Cordubae maneret.

2. Dubitabis 2º, an casu quo supponatur aer prius Cordubae sub, et Hispali finitus locatus, si ignis existens tam Cordubae

applicaret

applicaret manui Petri, et in illa induceret calorem intensum, tunc eo ipso naturaliter poneret ille calor intensus etiam Hispali, et ibi uniretur eidem manui, an non? Respondetur negative. Probatur, quia de facto agens sublunare non habet virtutem naturalem ponendi corpus idem simul in duplici adaequato loco: ergo non habet virtutem ad producendum effectum eundem in duplici simul loco adaequato; sed tantum ibi, ubi agens existit, quo 1, et passum supponatur esse simul in duplici loco adaequato, agens sublunare solum existens in uno loco, non poterit producere simul effectum in illo duplici adaequato loco. Patet ex eo quia virtus effectiva naturalis agentis non augetur, vel minuitur ex eo, quod passum simul sit in duplici loco adaequato.

3. Dubitabis 3°, si Petrus supponatur existens Cordubae simul, et Hispali, et Cordubae applicetur Petro agens calidum ut octo, et Hispali simul applicetur eidem Petro agens frigidum ut octo, quid tunc naturaliter accideret? Respondetur quod naturaliter contingeret, quod agens calidum ut 8 induceret in Petro calorem intensum in eo gradu, in quo Petrus nequit vivere naturaliter posito, vel in statu viatoris, et simul agens frigidum ut octo posset inducere naturaliter in eundem Petrum Hispali frigiditatem intensam in eo gradu, in quo Petrus naturaliter vivere potest, vel in statu violento persistente Petro utrobique, Cordubae videlicet intense calido, et Hispali intense frigido, si tamen in Petro supponatur virtus, quae sit esse ad recipiendum simul calorem intensum, et frigiditatem intensam. Non obstat satis constat ex supradictis ubi probavimus idem corpus in duplici loco simul existens naturaliter posse recipere qualitates contrarias in gradu intenso, si tamen quam sit esse possit illas simul recipere, id est impediente contrarietate qualitatum. Si vero agens calidum, vel agens frigidum alicubi induceret in Petro qualitatem intensam in gradu illo, sub quo Petrus non posset naturaliter vivere, Petrus periret, consequenterque nullibi maneret.

4. Dubitabis 4° an agens existens identice in multiplici loco poterit plures effectus simul producere, quam in unico loco existens? Respondetur 1°, si agens quod sit esse habeat virtutem ad plures effectus simul producendos poterit contingere, quod simul existens in multiplici loco, possit in actu proximo, plures effectus simul producere, quam in unico loco existens. Probatur, quia poterit contingere, quod in unico loco existens, nequeat applicari multiplici passo; et tamen possit applicari, si existat simul in duplici loco adaequato. Respondetur 2°, tum potest, quod idem

agens

agens in multiplici loco sub [illegible], possit in actu 1° remoto plures effectus producere, quam si in unico loco sit [illegible]. Patet, quia virtus agentis effectiva in actu 1° remoto est virtus effectiva identificata cum agente, sed agens supponitur idem, sive in multiplici loco sub [illegible], sive in unico: ergo eadem virtus effectiva habet sibi identificatam in utroque casu: ergo habet eandem in actu 1° remoto. Disp° 5a de Vacuo.

Disp° 5a
De Vacuo.

1. Locus vacuus ita explicari potest, est ultima superficies corporis nullum corpus actualiter continens, sed apta illud illud continere, ut si vas aliquod nullum corpus in se contineret, superficies illa concava vasis esset locus vacuus, quoniam esset ultima superficies illius corporis, videlicet vasis, quae quidem superficies nullum corpus contineret actualiter, posset tamen illud continere. Rogabis 1°: an intra [illegible] non possit naturaliter dari vacuum. Cum vox naturaliter in multiplici acceptione sumatur, multipliciter respondendum erit. Respondeo 1°: de facto nequit dari vacuum intra concavum lunae naturaliter, prout opponitur supernaturali ab extrinseco, sed quoad modum. Patet: si de facto daretur vacuum intra concavum lunae, id contingeret [illegible] praeter leges communes a Deo statutas pro rerum ordine isto; ergo fieret supernaturaliter, quoad modum. Antecedens patet: de facto numquam videmus dari vacuum intra concavum lunae, quod si daretur, contingeret [illegible] praeter leges communes a Deo statutas pro rerum ordine isto.

2. Quod autem numquam videamus contingere vacuum intra concavum lunae, patet multis experientiis, quarum unam et alteram referam. Sume fistulam [illegible] perforatam, tangat extremum unum superficiem aquae, ex altera aptentur [illegible] fistulam, et extrahe aerem, ascendet aqua [illegible] ne aere [illegible] relinquat fistulam omni corpore vacuam. Praeterea, si folles sint omnino clausi, et illorum orificium bene obseratum, nulla vi poteris folles diducere, quinimo, si vires robustiores accedant, folles prius disrumpentur, quam integri diduci possint. Quod idem eveniet, nisi aliter folles expleri [illegible] omni corpore; quod si orificium aperias, facile folles explanabis, quoniam aer

aer facile descendet ad replendum in hujus sollicito. Quibus, et aliis experientiis plane convincitur, quod de facto nunquam videamus dari vacuum in sublunaribus: quod ita decretum est a Deo, salvo praesenti ordine isto; quod si de facto videremus vacuum, res esset insolita et miraculosa, et supra naturam, scilicet praeter leges constitutas a Deo statutas pro praesenti ordine isto.

3. Dico 2°; si vacuum fieret in terrena, fieret naturaliter, ut opponitur supernaturali in causalitate simpliciter. Probatur 1°; illud non excederet virtutem agentis omnis creati, tum existentis, tum possibilis: ergo illud non fieret supernaturaliter in causalitate simpliciter. Consequentia patet, antecedens probatur; potest agens creatum, quod causare possit vacuum in terrena: ergo si de facto causaret, id non excederet virtutem agentis omnis creati, et creabilis. Antecedens probatur; ideo agens sublunare de facto nequit causare vacuum, quia nequit penetrare unam partem quantitatis cum altera, et nequit destruere partem alicujus quantitatis, ut infra dicemus, sed est possibile agens, quod possit destruere partem alicujus quantitatis; sive penetrare unam partem quantitatis cum altera: ergo etc. Nunc excertate, nam illud agens creatum nullam implicationem probatam affert. Dico 3°; an si de facto causaret vacuum intra concavum lunae ratione, v.d., et per destructionem alicuius quantitatis, sive per penetrationem unius quantitatis cum altera, id esset praeter naturaliter, ut opponitur supernaturali in causalitate secundum quid: an, ignoratur a nobis. Probatur 1°, nam ignoratur an illud excederet virtutem naturalis agentis omnis creati de facto existentis, tum corporei, tum spiritualis: ergo etc. Antecedens patet, quoniam nulla fundata ratio sufficiens assignabitur ad affirmandum de facto esse aliquem angelum tantae virtutis, neque ad adnegandum.

4. Rogabis 2°; unde ergo proveniat, quod multa corpora plerumque contra propriam inclinationem moveantur ad replendum vacuum, et unde ergo quod nullum agens sublunare possit causare vacuum de facto intra concavum lunae? Dico, id provenire ab impenetralitate unius corporis quanti cum altero quanto, et quod ita existo; Creavit Deus concavum lunae repletum massa quanta, quin aliquod spatium relictum fuerit sine massa quanta, quo supposito, ut detur vacuum intra concavum lunae, opus erit destruere partem quantitatis aliquam, sive penetrare unam partem quantitatis cum altera, nisi sphaera lunae contrahatur; unde cum agens sublunare non possit destruere unam partem quantitatis, neque illam penetrare cum altera quantitate, neque sphaeram lunae majorem

reddere

reddere inde fit, q. nequeat natr. vare vacuu intra cavu suu. Un-
de praeterea illigit, q. agens movens una pt. ma quantit. illa q. impellere,
moveat etia, et impellat maiore reliquas partes ma quantit. aequas, unde
venit, q. ab eod. agente per impulsu maiu moveant plerunq. multo
corpora quanta ad replendu vacuu, ac plerunq. 2a parte ipsoru na. [illegible]
de tempore ac duratione. Disp. 1a, q. sit tempus, tu reale, tu imaginariu.

TRACT.s IIus

De tempore, ac duratione.

Disp. 1a

Q. sit tempus, tu reale, tu imaginariu?

1. Phus ita definivit tempus, e motus nume-rus secundu prius, et posterius. Noie temporis realis apud oes Phos intelligit motus caelestis successivus p.i mobilis, et rao fuit, q. noie temporis realis signat motus successivus, qui regula e reliquoru motuu, et sic ordine ad que motu mensurat duratio reliquoru entiu, sive permanentiu, sive successive fluentiu, pt. q. cu motus caelestis sit aequabilis certa lege e. et q. pro successive fluentia a phis usus fuit ad mensurandu durationem reliquoru entiu, et motus ipse caelestis divisus fuit in horas, dies, menses, annos, secula &c. Quapropter tempus reale ita explicabit in ind. prue, e motus successivus p.i mobilis.

2. Unde si prus coexistat motui hodierno p.i mobilis, dicit durare hodierno die. Caeteru idem ipse motus successivus p.i mobilis qui hodie fit, potuit fieri immediate antea, et sic denotari hesternus dies, vel immediate postea, et sic denotari poterat dies crastinus. Unde orit difficultas, q. videat opus esse alio motu seu alio tempore, p. q. mensuret motus iste caelestis, dicat q. hodiernus dies, potius hesternus, vel crastinus. Haec difficultas e omnino similis illi, q. supra dissolvimus de loco extrinseco reali, ubi dicebamus Cordubam esse indifferentem ad existendu hic, ubi modo e, vel illic, ubi Hispalis e, et nihilominus denotari ab ubicatione sibi physice intra ad existendu hic, ubi modo e, potius

q. m

quam illic, ubi modo Hispalis est. Quapropter, sicut existendi et distandi propo-
sita, quod v.g. motus iste Celestis hodiernus determinat ad existendum nunc, potius
quam antea, vel postea, consequenter quod denominatur dies hodiernus, potius quam hes-
ternus, vel crastinus a forma sibi physice intrinseca: quam quidem formam dicimus durationem,
quae quidem duratio seipsa est essentialiter determinata ad existendum nunc, potius quam
antea, vel postea.

3. Praeterea sicut ubicatio, quam de facto Cor-
duba habet est ultima forma, per quam determinat Cordubam ad existendum hic, po-
tius, quam illic, ubi Hispalis est; quin eiusdem ubicatio Cordubensis indigeat
aliqua forma alia, per quam determinetur ad existendum hic, potius, quam illic,
ubi Hispalis est, ita similiter duratio, per quam motus Celestis, qui hodie existit,
determinatur ad existendum nunc, potius quam antea, vel postea, est ultima forma determinans,
neque opus habet alia forma, per quam determinetur ad existendum nunc, potius quam antea, vel
postea, est enim duratio praesens essentialiter alligata ad existendum modo, potius
quam antea, vel postea. Praeterea sicut Petrus existens hic, ubi Corduba est, determinatur
ad existendum hic ubi Corduba est, per ubicationem Petro intrinsecam, ratione cuius Petrus dicitur
esse hic, ubi Corduba est, potius quam illic, ubi Hispalis est, ita similiter Petrus coexistens
motui Celesti A, qui quidem motus denominatur hodiernus a sua intrinseca duratione,
determinatur ad existendum modo quo motus Celestis A hodiernus est a duratione physice intrinseca
ipsi Petro, ratione cuius determinatur ad existendum nunc, potius quam antea, vel postea, et
ad existendum tempore A praesenti, potius quam tempore B futuro est.

4. Fluxus, sicut ad explendam immobilitatem ubi-
cationum realium, et ad mensurandas distantias inter Cordubam, et Hispalim, etc.
apprehendimus ut existens spatium imaginarium, de quo supra diximus, ita
similiter ad mensurandas distantias temporis realis apprehendimus tempus imagi-
narium, quod constet momentis indivisibilibus, successive fluentibus sine ulla mora
vel interruptione, et ex pluribus momentis horae, diei, mensis, anni, se-
culi etc. Et sicut spatium imaginarium, apprehendimus etiam hoc tempus imaginarium ut
existens, et successive fluens ab aeterno, et ut futurum, et successive fluxurum in
aeternum etc. quo mensuramus ipsius temporis realis durationes, velocitates, denomi-
nationes et prioris, et posterioris, praesentis, et praeteriti, etc.: quemadmodum apprehendimus

motum

motus solaris, unde plus potuisse durare, vel brevius, tardiorem fuisse,
eo quod tarditatis, quam poterat habere, explanamus per ordinem ad tempus ima-
ginarium, quod v. g., si nunc motus Solis ab Oriente in Occasum durat 12 horas
temporis imaginarii, sic posse durare plures horas, vel pauciores aliunde
temporis imaginarii.

5. Tempus imaginarium, ita explicari
potest, est motus successivus essentialiter fluens aequaliter, et per totam aeternitatem,
cuius partes singulae essentialiter affixae sunt, ordinatae ad existendum, quando existunt, et
non aliter. Eadem fere rogari possunt de tempore imaginario, atque de spatio
imaginario; et quando rogabis, quare explanantur denominationes velocis, tardi,
antecedentis, subsequentis, futuri, praesentis, ac praeteriti, quae conveniunt tem-
pori reali, ac reliquis entibus tam permanentibus, quam successivis, per ordinem
ad tempus imaginarium? Dico 1°: neque tempus reale, neque motus, vel reliqua
realia sumunt illas denominationes a tempore imaginario. Et in quam motus
caelestis, qui modo fluit, sufficienter denotat praesens a duratione ipsi physice intrinseca:
quoniam consistit in esse existentis per tempus imaginarium: quoniam denotat praesens a
tempore imaginario. Antecedens: praesse intellectus motum caelestem, quem modo fluit
et durat, ut ipsi physice intrinseca, per quam distat a descendentis, tunc intelligimus
sufficienter diem hodiernum in esse talis, et in esse diei praesentis; quoniam consistit
esse talis per tempus imaginarium.

6. Praeterea: Antichristus esse posterior in
duratione Adamo, non consistit solum in entitate utriusque, neque in entitate temporis
sive in entitate utriusque, et in ea duratione, quam de facto habuit Adamus, et in
illa alia duratione, quam habebit Antichristus; quoniam denominatio prioris, et posterioris
inter Adamum, et Antichristum non consistit per tempus aliquod reale: quoniam a fortiori
neque per tempus imaginarium. Similiter motus caelestis esse velocem consistit prius in
ipsius motus, et in durationibus ipsis partibus: quoniam denominatio ve-
locis, quam de facto habet caelestis motus, non consistit per tempus imaginarium.

7. Dico 2°: denominationes prioris, et posterio-
ris, antecedentis, et subsequentis, praeteriti, praesentis, et futuri, tam in tempore reali,
quam in reliquis entibus sive permanentibus, sive successivis, non explanantur per ordinem ad
imaginarium

imaginarii temporis quae dicantur realiter ad eiusdem temporis imaginarii, et intelligi possunt optime Adamus ut prior duratione Antichristo, et Antichristus ut posterior duratione Adamo, prius intellectis entitatibus Adami, et Antichristi, et illa duratione per quam Adamus duravit et illa etiam duratione per quam Antichristus duraturus est, quin intelligas temporis imaginarii coordinationem eiusdem non dicuntur realem translatam ad tempus imaginarium, imo neque ad tempus reale: similiter denominatio per quam motus caelestis qui modo fluit, denominatur posterior duratione motu caelesti, qui immediate antea fluxerat, optime intelligi potest intellecta entitate utriusque motus, et utriusque durationis, per quam uterque motus caelestis, qui modo fluit, dicitur ad existendi modo, et alterius, per quam motus caelestis, qui immediate antea fluxerat, determinatus fuit ut tunc flueret, et immediate post coordinationem eiusdem non dicuntur realem translatam ad tempus imaginarium. Nihilominus tamen, sicut immobilitatem ubi, et denominationem extensi, penetrati, distantis, et propinqui explicat per ordinem ad imaginarium spatium ob imperfectionem intrinsecam in cognoscendis rebus, ita similiter ob eandem imperfectionem explanamus velocitatem temporis realis, et denominationes quas prioris, et posterioris inter partes eiusdem temporis, per ordinem ad tempus imaginarium. Disputatio 2a, quod duratio sit, et an distincta realiter a tempore, et re durante. Cap. 1um. Incipit.

Disputatio 2a

Quod duratio sit, et an distincta realiter a tempore, et re durante.

Cap. 1um. Disputationi vestibulum.

1. Duratio dicitur illa formalis, per quam res existit in tempore, ita statim subdit Molina scilicet, an videlicet duratio, seu ratio formalis, per quam Deus existens hodie, existit hodierno die, sit tertia entitas adaequate realiter distincta a Deo, et hodierno die collectiva suppositis signatis. Sit nostra conclusio affirmativa. Probatur quod, isti propositiones non sunt aequivalentes logice, dies crastinus, et Antichristus existent. Dies crastinus, et Antichristus desinent, quod aliquid debet enunciat ab una propositione, quod non enunciatur ab altera: consequentia patet, et transeat. Ergo

ergo

ppo, modo verae, et 2.a falsa: ergo non sunt equivalentes. Antecedens

patet, quoniam modo verum est dicere Antichristum existere, et diem crastinum existere, non autem verum est dicere Antichristum existere de crastino, deinde

Generaliter ex vi formae; Antichristus et dies crastinus coexistunt: ergo Antichristus, et dies crastinus existunt: non autem e converso; ergo 1.a propositio est subalternans, et 2.a subalternata: sed aliquod obiectum attingit a subalternante, quod non attingit a subalternata: ergo aliquod obiectum enunciat a 1.a propositione quod non enunciat a 2.a; sed propositio 2.a enunciat existentiam de Antichristo, et die crastino collective signatis: ergo 1.a propositio enunciat existentiam de aliquo obiecto adequate realiter distincto ab existentia Antichristi, et diei crastini collective suppositione signatis:

Sed 1.a propositio enunciat coexistentiam de Antichristo, et die crastino: ergo coexistentia Antichristi, et diei crastini dicit aliquid adequate realiter distinctum ab existentia diei crastini, et existentia Antichristi collective suppositione signatis; quod Antichristus coexisteret diei crastino diceret aliquam formalitatem entitatem 3.am adequate realiter distinctam ab existentia Antichristi, et existentia diei crastini collective suppositione signatis; sed quod Antichristus coexisteret diei crastino; esset quod duraret die crastino: ergo quod formaliter, per quam formaliter duraret die crastino, sive duratio, illa esset 3.a entitas adequate realiter distincta ab existentia Antichristi, et diei crastini collective suppositione signatis.

2. Confirmatur 1.o, si coexistentia Antichristi, et diei crastini non diceret aliquid adequate realiter distinctum ab existentia Antichristi, et existentia diei crastini collective suppositione signatis, haec propositio vera esset; existentia Antichristi, et existentia diei crastini sunt coexistentia utriusque: ergo in aliquo syllogismo recto falsum inferret ex antecedenti vero, v.g., si in isto, Existentia Antichristi, et existentia diei crastini sunt coexistentia utriusque, existentia Antichristi, et existentia diei crastini existunt: ergo existentia diei crastini, et existentia Antichristi coexistunt. Consequens falsum, sed minor certa est, ergo maior falsa est, aut ex utraque praemissa simul vera, id est, ex antecedenti vero inferri potuerit ex vi formae consequens falsum.

[Margin: ergo coexistentia diei crastini, et coexistentia Antichristi existet.]

3. Confirmatur 2.o, fide divina cognoscimus extitisse Adamum, et diem natalem Christi Domini extitisse, et fide divina certo cognoscimus non coextitisse Adamum, et natalem diem Christi Domini: ergo coextitisse Adamum, et natalem diem Christi Domini dicit aliquid adequate realiter distinctum ab existentia Adami, et existentia illius diei,

ergo

ctiq collectiva suppone signatis. Contra hoc ipsum ingaliter, si coexa illius diei, et Adami non diceret aliquid adequate realiter distinctum ab exa illius diei, et exa Adami collectiva supponente signatis, hec propositio vera esset: exa Adami, et exa illius diei, e coexa utriusque: ergo in recto sylo exa in vero inferret consequens falsum, in isto v. g. t. exa Adami, et exa illius diei e coexa utriusque: sed exa Adami, et exa illius diei existere: ergo coexa Adami, et illius diei existit: ecce consequens hereticum, minor fide divina certa e, et sylus rectus: ergo maior falsa e.

4. Ex dictis colligitur 1.º quod duratio, per quam tempus reale durat, e aliquid realiter distinctum a tempore durante, quod ita probo, et claro. Gratia, motus celestis, qui modo fluit, et hodiernum diem vocat, voco motum B, et motus celestis, qui immediate antea fluxit, et dies hesternus dicitur, voco motum A, ac denique motus celestis, qui immediate post diem hodiernum fluxurus e, et crastinus dies, voco motum C. Sic arguitur: motus celestis B, indifferens e ab intra sua essentia, ut modo fluat, sed vero hoc mane fuit, nam ipse motus celestis B poterat immediate antea fluere, sed immediate post: ergo motus celestis B indifferens e ab intra sua essentia, ut denominet dies hodiernus, sed hesternus, sed crastinus: ergo motus celestis B denominet hodiernus ab aliquo sibi metaphysice extra, ratione cuius denominet dies hodiernus potius quam hesternus, sed crastinus: hoc aliquid realiter distinctum a motu celesti B e fra, per quam modo extat motus celestis B, ut modo fluat, potius quam immediate antea, sed immediate post, sed ea fra e duratio, per quam motus celestis B modo durat: ergo istud realiter distinctum a motu celesti B e duratio: ergo hec distinguitur realiter a tempore durante.

5. Contra: ista propositio non sunt equivalentes, sed ipse motus C extet immediate post motum B; motus C extet, sed subalterne sunt, itaque a 1.ª valeat extendi ad 2.ª, non autem e contra, et 2.ª verificari possit 1.ª falsificata: ergo aliquid distinctum enunciat 1.ª quod non enunciat 2.ª; sed 2.ª enunciat existentiam motus celestis C: ergo 1.ª enunciat aliquid existens distinctum realiter a motu celesti C, hoc aliquid distinctum e illa fra, per quam motus celestis C extet immediate post motum celestem B, potius quam immediate post, fra illa e duratio crastina motus celestis C; ergo aliquid realiter distinctum a motu celesti C e duratio crastina.

6. Quod si recas 1.ª propositionem aliquid enunciare, quod 2.ª

n

n enunciat, verum illud aliud esse aliquid nativum, quod n, d, et exeat motum C, itaque inter ipsum, et motum B nullus alius motus caelestis intercesserit, sed contra; quoniam haec propositio: motus B exsistit, et motus C exeat statim immediate post motum B, aliquid positivum enunciat extrinsecum, quod ista propositio non enunciat, motus B exsistit, et motus C exeat, concedes ergo; et dices quod illud positivum erit motus aliquis caelestis extrinsecus inter motum B, et motum C. Sed contra, et voco totum extrinsecum inter motum C, et motum B vero inquam motum D, et sic arguitur: istae propositiones non sunt aequivalentes logice; motus B exsistit, et motus C, et motum D exeant; motus B exiit, et motus C exeat, et motus D exeat prius, quam motus C; sed 2a propositio subalternans logice, et 1a subalternata, itaque bene valeat ex vi formae a 2a in 1a, non autem contra, et 2a possit esse falsa 1a verificata; ergo 2a propositio aliquid enunciat extrinsecum, quod non enunciat extrinsecum 1a; sed 1a praeter de futuro existentiam de motu B, et motu C collectiva suppositione signatis: ergo 2a enunciat extrinsecum aliquid, adaequate realiter distinctum ab existentia motum C, et motum D, et motus D, collectiva suppositione signatis, hoc aliquid aliud est ergo, per quod motus D durabit ad existendum prius, quam motus C, potius, quam posterius coexistens duratio, per quam durabit prius quam motus C et extra, per quam motus C durabit ad existendum post motum B, potius quam antea, coexistens duratio, per quam durabit post motum D; ergo illud aliud adaequate realiter distinctum ab existentia motus D, et ab existentia motus C collectiva suppositione signatis, sunt durationes, per quas iidem motus duraturi sunt, itaque prius durent motus D, ac posterius motus C.

6. Arguitur 2o, quod sicut Petrus in esse extensus hic, ubi Cordubae est, quod non solum distinguitur per entitatem Petri, et entitatem Cordubae, sed etiam per ubicationem intrinsecam Petro, per quam est hic, et ubicationem intrinsecam Cordubae, per quam Corduba est etiam hic, ita sicut Petrus in esse durans tempore A praesenti non solum distinguitur per entitatem Petri, et entitatem temporis A, sed etiam per durationem physice intrinsecam Petro, per quam nunc durat, et ubicationem physice intrinsecam tempori A, sive motui caelesti A, per quam tempus A nunc durat. Sed non est possibilis non prius ablata duratione omni, per quam modo durat tempus A sufficienter, et immediate, auferat, quod tempus A modo exsistat; quod sufficienter, et immediate auferat, quod Petrus et tempus A modo coexistant; deinde prius ablata duratione omni, per quam Petrus modo durat, sufficienter, et immediate

auferat

differt, quia Deus modo existat, quod fallit, ultimate differt, quia Deus, et tempus A modo coexistant. Colligitur denique hodiernum temporis A et Dei diversas durationes realiter afferre ab illis durationibus, quas coexistentia aeterna Dei, et temporis A afferret, et ab illis, quas coexistentia crastina eiusdem temporis, et Dei afferret. Cap. 2 obiecta solvuntur.

Cap. 2um
obiecta solvuntur.

1. Obijes 1o. Deus durat et coexistit diversis partibus temporis realiter ab ipso modis durationis distinctis ab ipso Deo, pariterque de durante hodie in durantem crastinum, quin hodie crastinus duret, et crastinus duret hodie: ergo similiter Deus per suam existentiam coexistet diversis temporibus eo ipso, quod illa successive ponantur. Stat, concedendo antecedens, et negando consequens. Et discrimen est aperta, neque ideo ponimus durationem distinctam a Deo, per quam coexistat tempori hodierno, quia Deus est indifferens ad existendum nunc, et existendum, convenienter quod oportet habeat aliquam rem realiter per quam duret ad existendum modo, potius quam antea, et postea; at vero Deus optimus non est indifferens ad existendum modo, et non existendum, sed per suum esse, et aeternam stabilitatem determinatus est ad existendum modo, et ab aeterno, et in aeternum, quapropter non indiget aliqua re realiter extra se, per quam determinetur ad existendum modo, potius quam ad non existendum modo, et antea, et postea. Positaque duratione, per quam res quaelibet creata modo duret, Deus per suum esse ipsi coexistet, et sic positis diversis partibus temporis successive fluentibus per suas durationes.

2. Obijes 2o. Deus per suam existentiam coexistit diversis durationibus successive fluentibus, per quas Deus durat, et Deus habet indifferentiam ad coexistendum ipsis, quin opus habeat aliis durationibus diversis: ergo similiter Deus per suam existentiam poterit coexistere diversis partibus temporis successive fluentibus, quamvis indifferens sit ad coexistendum ipsis, quin ad hoc opus habeat durationibus distinctis. Confirmatur, nam duratio A Dei, per quam Deus modo durat, et duratio B Pauli, per quam Paulus modo durat sibi coexistunt, quin opus habeant ad coexistendum durationibus aliis. Stat, concedendo antecedens, et negando consequens. Et discrimen est, nam et Deus indifferens sit ad coexistendum durationi A, per quam

modo

modo durat, at vero duratio A non est indifferens ad dexendum modo Petri, nam duratio A nequit existere, quin Petrus existat, et duratio A nequit nisi eo modo existere; unde desistat Petrus ad sibi desendum, et Petrus desistat ad desendum modo durationi A, per ipsam durationem, itaque per ultimum eorum finaliter quapropter ad sufficiendum indifferentiam unius extremi, sufficit duratio alterius per se ipsum, at vero Petrus indifferens est ad desendum tempori A, et etiam tempus A indifferens est ad desendum Petro, unde ad hoc ut coexistant, indigent aliquo alio extrinseco, v. g. durationibus utriusque. Ad confirmationem vero dico similiter concedendam esse et non dandam. Hoc discrimine adhuc est manifestius in aliis durationibus, quae non sunt indifferentes ad desendum, itaque existere possint, quin coexistant.

3. Obies 3o; si Petrus existeret per illa instantia successive fluentia, absque ullo modo superaddito existentiae Petri, aut existentiae eius instantium, eo ipso intelligeretur Petrus durans per illa tria instantia, quae non sunt nostris modis dicta, ut Petrus intelligatur durans, et coexistens diversis partibus temporis realis successive fluentibus. Hoc retorquendo arguitur in eos, qui nullos modos distinctos praeter durationes admittunt; si Petrus existeret Corduba absque ullo modo superaddito existentiae Petri, aut Corduba, intelligeretur Petrus existens in loco reali existente, quod ut Petrus existat Corduba, et non potius Hispali, non est necesse modus ubicationis realis distinctus a Petro, et Corduba. Sic fractum etiam retorquebo argumentum mutata materia; si ponamus hanc animam rationalem, et hoc corpus humanum inter se unita absque ullo modo superaddito existentiae animae, et existentiae corporis secundum se, eo ipso intelligentur anima et corpus mutuo se complere, et constituere actualiter hominem: quod non erit necessarius modus unionis distinctus ab anima, et corpore secundum se, ut haec intelligantur actualiter, et adaequate constituentia hominem.

4. Hoc praenotato, eadem prorsus solutio occurrendum erit 1o argumento, quae duplici subsequenti satisfiat. Sicut enim utrumque infert ex suppositionibus factis 2o, ac 3o argumento, ita similiter infert utrumque ex suppositione facta 1o argumento, quod a nobis retorqueretur in adversarios, itaque si supponatur hanc animam, et hoc corpus esse unita, et absque modo superaddito existentiae animae, et existentiae corporis per se, supponitur utrumque existentiae hypothesis, et quod ineptum supponitur, inquam, corporis, et animae esse unita, et non esse, nam supponit eis negabilis distinctionis in modis, et distinctus, quod anima et corpus sint unita modo v. g. unionis

Unde infertur ubicumque ... ut ponatur ... [illegible], et si ponatur ... si supponat Petrus esse Corduba ... ubicationi superaddita Petro ... [illegible] supponeret ubicumque ... quod ... Petrus esset Corduba ... ubicatio realiter a Petro distincta supponitur abesse ... [illegible] ... ubicumque ... Petrus esset Corduba ... Hispali ... Unde in ... ubicumque ... Petrus esset in ... Denique si supponat Petrus esse aliquibus instantibus temporis realis ... modo aliquo superaddito Petro ... supponitur ... [illegible] instantibus ... quod Petrus duraret illis instantibus successive fluentibus ... quoniam modi realiter distincti durationis supponuntur abesse ... supponitur ... quod Petrus duraret illis instantibus successive fluentibus ... Unde infert ubicumque ... quod Petrus duraret illis instantibus, et non duraret.

5. Obiicitur ... Petrus durare hodie ... nihil aliud est quam Petrum habere talem modum ... durationis, per quem durat ... hodie, et similiter Petrus durare cras ... habere modum ... durationis per quem durat cras; sed ex hoc infertur posse Petrum hodie durare cras, quod quidem absurdum ... ergo non est adstruenda duratio realiter distincta a durante re, et tempore realiter ... Probatur minor; si admittantur huiusmodi durationes realiter distinctae, Deus poterit producere hodie in Petro modum illius durationis per quem duraret cras; sed modo illo ... producto, Petrus modo duraret cras; ergo Petrus posset nunc durare cras.

6. Arguitur ... [illegible] ... hac ratione: Petrus esse praesentem Cordubae est habere talem modum ubicationis per quam distare posset ab Hispali per triginta leucas, et ... si ... Et Petrus esse praesentem Hispali est habere talem modum ubicationis per quem distabit ... per triginta leucas ... a Corduba: ergo Petrus praesens tamen Cordubae poterit distare a Corduba per triginta leucas. Probatur ... si modi isti admittantur, poterit Deus producere in Petro praesente tamen Cordubae ubicationem illam Hispalensem, sed ... Petrus distabit a Corduba per triginta leucas, si ... ergo Petrus praesens tamen Cordubae distare poterit a Corduba, quod quidem absurdum est, quapropter sicut ad hoc ... absurdum est ... quod Deus producat in Petro tamen existente Cordubae ubicationem

hispalensem

hispalense, quoniã aliter eiusdẽ ubicatiõ hispalensis pducta in Pro tamq̃

existente Cordubæ, esset ubicatio hispalensis; et non esset, esset quia supponit,

non esset, quia ipsius essentia distinctio, quod actualiter fingat Petrum, cui unitur,

illic, ubi est hispali sẽ, et in isto casu idem praestaret actualiter; ita sibi reddere it

esse impossibile, quod de reproducat nunc in Pro duratione crastina, per quam dura-

-ret cras. Probatur similis, nam eiusdem duratio nunc producta esset illa duratio cr-

astina, et non esset, esset, ut supponit, non esset, quia eius essentia distinctio, quod

reddat Petrum cui unit actualiter durantem cras, et actualiter coexistentem illis entitatibus,

quae cras tamquam duraturae sunt, quod quidem minime actualiter praestaret modo producta.

7. Obijices 5°; quaelibet entitas pro priori naturae

antecedente modum durationis, intelligitur determinata ad dexendum instanti cui immediate

sub coexistit per illum modum pro posteriori: quod dicimus non esse necessarium, ut entitas de-

terret. Probatur, quia si entitas pro illo priori non esset determinata ad hoc instans, nu-

lla esset ratio, cur ab illa flueret hic modus, potius quam alter. Respondeo 1° retorquendo

argumentum ipsum in adversarium; quaelibet entitas pro priori ante modum ubicationis

intelligitur determinata ad existendum in loco extrinseco, cui ubi est [illegible], sub illo modo

ubicationis pro posteriori: quod illi dicimus ubicationis non esse necessarium, ut entitas deberet

ad existendum in tali loco, potius, quam alio. Assumptum probatur, quia si entitas pro illo priori non esset

determinata ad existendum in illo loco, potius quam alio, non esset ratio, cur ab illa flueret

ille modus, potius, quam alter: quod [illegible].

8. Respondeo 2° Petrum pro priori ante modum durationis,

si ex se pressè consideraret, consideraretur indifferens ad hanc, vel aliam durationem efficienda, siquidem nullum positivum concipitur; determinari vero de facto ad hanc, et non

aliam durationem efficiendam a causa in hoc, et non alio instanti ultimo disposita ad

illius productionem; causa autem in hoc instanti ultimo disposita ad operandum exer-

cent actionem, ex quo naturaliter pullulat duratio in hoc instanti, et non alio; effectus

vero naturaliter producit durationem coexistentem durationi suae actionis, in reliquis enim

instantibus determinat effectus ad durationes tales efficiendas per ea quae sua duratio

antecedentis.

9. Obijices 6°; relatio praedicamentalis, utpote talis,

innata sua, consurgit per ea extremi utriusque sul absque ullo modo superaddito,

si

Si enim albedo A exat, et albedo B se componat, dabit relatio similitudinis in albedine utraque quavis alia entitate seclusa: ergo similis duratio nullo modo super additur sibi, scilicet prius per ex q Dei, ac temporis. Sed ergo existente Deo, supponatur sibi dies et duabus dabit durationem existendi et existendi, seclusa quavis alia entitate. Ideo 1º, retorqueo argumentum in adversarios; duae albedines se ipsis constituunt similitudinem: ergo se ipsis durant, etiam secluso tempore extrinseco: ergo tempus extrinsecum non constituit partialiter durationem. Ecce utrumque consequens est falsum in adversariorum sententia.

2º. Ideo igitur 2º, relationem praedicamentalem fundamentalem innata consistere in utroque extremo existente, haud sine extremo utroque existente; unde patet quod relatio praedicamentalis fundamentalis inter albedinem A, et albedinem B non consistit in durationibus, seu partibus, a quibus partialiter denominantur existentes, scilicet prius in albedine A, et albedine B. Patet hoc 1º, nam si supponatur coexistens albedo utraque, etiam si durationes utriusque supponantur inter se dissimiles, omnino haec propositio vera erit, albedo A, et albedo B sunt similes, seu relatio praedicamentalis fundamentalis similitudinis: ergo tota essentia relationis fundamentalis similitudinis salvatur in albedine A, et albedine B. Patet 2º, nam si utraque albedo supponatur eiusdem infimae speciei, et utraque duratio supponatur etiam omnino essentialiter similis, dabit in rerum natura duplex similitudo adeoque realiter distincta; una inter albedines, altera inter durationes: ergo relatio praedicamentalis fundamentalis similitudinis inter albedines non constituitur per durationes. Patet denique; si ego prius concipiam duplicem albedinem, quin aliquo modo concipiam durationes, procul dubio attingam duo extrema similia; ergo includam duplicem extremum, ergo relationem praedicamentalem fundamentalem similitudinis, quod non concipiam durationem aliquam: ergo nulla duratio essentialiter constituit relationem praedicamentalem fundamentalem inter albedinem A et albedinem B. Unde tamen concludo, quod sicut requiritur duratio, ut Deus de facto nunc exat, quin duratio constituat essentialiter Deum; ita similiter requiritur duratio duplex, ut modo exat relatio praedicamentalis fundamentalis similitudinis inter albedinem A, et albedinem B, quin ulla duratio constituat essentialiter eiusdem relationem.

Liber 5us Physicorum. Unicus de motu, actione, et passione.

Disputatio 1a, quod sit actio; et an ab agente, et motu realiter distincta. Caput 1um. Eligitur vera sententia.

LIBER Vus PHorum

TRACTus VNICVS

De motu, actione, et Passione.

DISP.o Ia

Quid sit actio, et an ab agente, et termino realiter distat?

CAP. Ius

Eligitur vera sententia.

1\. Actio causae efficientis ita explicatur, est causalitas actualis, per quam efficiens causa actualiter causat effectum. Circa quam actionem celebris est difficultas, an ea distinguatur realiter ab agente, et termino. Dico 1o: actio distinguitur realiter ab igne A agente, seu producente ignem B. Probatur; illa, quorum unum existere potest altero non existente realiter distinguuntur; sed ignis A agens existere potest actione illa non existente: ergo ignis A, et actio illa realiter distinguuntur. Maior est principium per se notum; Minor probatur; ignis A potest existere, quin actualiter producat ignem B in stupa, quod quidem existebat antequam applicaret stupae, et ibi produceret ignem B; sed eo ipso, quod ignis A non causet actualiter ignem B, non datur actio per quam illum producat: ergo ignis A existere potest non existente actione, per quam actualiter causat ignem B.

2\. Dico 2o; actio per quam ignis A actualiter causat ignem B, est 3a entitas adaequate realiter distincta a termino utriusque ignis. Omnino hoc videtur esse iuxta ea, quibus supra ostendimus unionem esse 3am entitatem modalem adaequate realiter distinctam a materia, et forma substantiali, modo autem breviter probatur; etiam si ignis A produxerit ignem B, manere potest termino utriusque ignis pereunte actione qua ignis A efficienter producebat ignem B; ergo actio illa adaequate realiter distinguitur a termino utriusque ignis, id est non includit, neque tamquam partem realis in termino

utriusque B

vtriusque ignis. Conseq. patet, nam si actio aliquo modo distinctum esset saltem inadequate a coexistentia utriusque ignis, coexistentia illius maneret, non posset per unitatem actione illa. Antecedens probatur: si postquam ignis A produxit ignem B, loco moveatur ab igne B, ita ut iste maneat omnino extra sphaeram activitatis ignis A, ignis B non accipiet esse ab igne A, stando Deo: ergo peribit actio, per quam producebatur ab igne A, et tamen nihilo minus manebit interim coexistentia utriusque ignis; ergo pereunte actione illa manere potest interim coexistentia ignis utriusque: ergo etc.

3. Dico 3.º: actio illa realiter adaequate distinguitur ab igne A, et igne B, et ab unione collective sumptis, hoc est, collective a coexistentia signatis. Probatur, nam aliter quandocumque simul coexisterent ignis A, et ignis B, vera esset ista propositio, existit actio, seu causalitas, per quam ignis A efficienter producit ignem B; sed hoc falsum est, ut constat, et dictis 5.º immateriam: ergo etc. Maior probatur, nam actio illa non distingueret adaequate realiter ab illa collectione, illam contineret aliquo modo, saltem inadequate: ergo quandocumque ponatur interim collectio illa, simul ponitur actio; sed quandocumque ponitur coexistentia ignis utriusque, ponitur collectio utriusque ignis: ergo quandocumque ponatur coexistentia ignis utriusque, ponetur simul actio ista: ergo quandocumque simul coexistant ignis A, et ignis B, vera fuit haec propositio, existit actio, seu causalitas, per quam ignis A efficienter producit ignem B, quod quidem omnino falsum est.

4. Probatur actionem non distingui adaequate realiter ab igne B, puta ab igne A, et distinguatur a terra, et collectione utriusque ignis distinctione adaequata. Attendendi modus supra impugnatus est, et de eius unione aperuimus; modo autem illum breviter impugno: ignis B productus ab igne A, id est, quod ignis B, ut productus et fluens ab igne A, dubium non est, quin ignis B ut productus et fluens ab igne A, includat essentialiter actionem illam, de qua loquimur; includit enim essentialiter rem factam, per quam actualiter fluit; quapropter dubium non est quod actio illa non distinguatur realiter adaequate a denominatione ista: ignis B productus ab igne A, sed solum inadequate realiter, tamquam pars realis inadequata istius denominationis, in qua etiam includuntur ignis A, et ignis B. Unde adversarii minime erunt arguendi in oppositum, minime enim distinguunt explicant, nam

distinctio

diffuse, ano formalis, et actualiter, per quam physice fluit ignis B ab igne A, seu quam ipsi aiunt, ideo quod omne ens physice effluens sit aliquid entitatis adequate realiter distinctum a coexistentia utriusque ignis, et ab utroque simul collective sumpto.

5. Quapropter eadem redeunt argumenta superius facta in hunc modum: denominatio ignis B ut physice fluentis ab igne A, aliquid addit adequate realiter distinctum a coexistentia utriusque ignis, et ab utroque collective sumpto, illud quod addit, est actio, per quam ignis B effluit ab igne A: ergo illius actio adequate realiter distinguitur a coexistentia utriusque ignis, et ab utroque collective sumpto. Maior probatur; denominatio illa consistit per coexistentiam utriusque ignis, et tamen perire potest manente coexistentia utriusque ignis: ergo illa denominatio essentialiter consistit etiam per aliquid adequate realiter distinctum a coexistentia utriusque ignis. Consequentia patet, nam si denominatio illa solum consisteret per coexistentiam utriusque ignis, quandocunque maneret coexistentia utriusque ignis, maneret etiam denominatio illa, siquidem posito adequato constitutivo rei, formaliter et immediate res ipsa ponitur. Antecedens patet, nam ignis A, qui ipsum produxit ignem B, a loco removeatur ab igne B, ita ut maneat omnino extra sphaeram activitatis ignis B, tunc cessabit productio ignis B, quin ideo ignis B incipiat esse a solo Deo: ergo periit denominatio ignis B ut physice fluentis ab igne A, manente interim coexistentia utriusque ignis.

6. Quod autem in illo casu periit denominatio ignis B ut physice fluentis ab igne A, probatur; in illo casu denuo falsificabitur ista propositio: ignis B physice fluit ab igne A; quae immediate antea vera esset: ergo denuo falsificabitur haec: ignis B denominatur fluens ab igne A: ergo etiam ista propositio denuo falsificabitur, datur denominatio ignis B ut physice fluentis ab igne A; ergo in illo casu peribit illa denominatio, sed tunc manebit interim coexistentia utriusque ignis; ergo perire potest denominatio illa manente interim coexistentia utriusque ignis, ergo denominatio illa non solum consistit per coexistentiam utriusque ignis, sed etiam per aliquid adequate realiter distinctum ab ipsius coexistentia, sed hoc aliquid aliud est actio: ergo etc. Probatur minor; illud quod addit ea denominatio supra coexistentiam utriusque ignis, est illud quod explicatur per hoc, ut physice fluens, sed quod explicatur est actio, seu productio formalis, per quam ignis B physice fluit ab igne A; ergo illud aliquid aliud

estactio.

7. Unde deducit actionem generativam, vitali excepta, de qua nihil in praesenti desumimus, distingui realiter adaequate ab agente et termino producto, etiam collective sumptis. Eodem jure ita dicendum est de actione creativa, qua realis creatur, et Angelus creatur, et a Deo affective, et ita probo, nam eisdem omnino fundamentis, quibus convincit actionem generativam, per quam ignis A producit ignem B realiter distingui ab utroque igne etiam collective sumpto; convincit etiam actionem creativam, per quam Angelus creatur adaequate realiter distingui ab agente creante et termino creato: ergo idem est dicendum de actione utraque. Antecedens probatur, nam si aliquod esset discrimen inter actionem creativam, et generativam, maxime quod in termino creato nulla daretur indifferentia, ut ab hoc agente, vel ab alio produceretur, utpote qui a solo Deo produci posset; sed etiam terminus creatus indifferens est, ut ab hoc agente, vel ab illo producatur: ergo etc. Maior est doctrina adversariorum, et patet ex ipsorum principiis, quo nititur. Minor probatur, Angelus indifferens est, ut a solo Deo producatur, vel non solum a Deo sed et a creatura: ergo etc. Antecedens probatur, potest aliquod agens creatum, quod vel tamquam causa principalis, vel saltem tamquam instrumentum a Deo elevatum, possit creare Angelum: ergo Angelus est indifferens, ut a Deo solum producatur, vel non solum a Deo sed et a creatura. Antecedens patet, nam in huiusmodi agente creato, quod adstruimus esse possibile, nulla est implicatio [illegible], neque implicita, neque explicita, ut ex ipsis terminis constat, et constabit rursus solutis argumentis, quae solvenda manent cum ventum fuerit ad lib. de generatione.

8. Unde plane infertur, quod actio creativa, per quam terminus creatus a Deo producitur, adaequate realiter distinguitur ab agente increato, et termino creato, etiam collective sumptis. Probatur, Angelus, qui de facto a Deo solo producitur, indifferens est, ut a Deo solo producatur, vel non solum a Deo sed et creatura: ergo fieri potest, quod Angelus non a Deo solo producatur, sed a Deo simul et creatura; ergo desinere potest actio, per quam a Deo solo producitur, et in eius locum subsumi potest actio alia, per quam a Deo simul et creatura producatur: ergo actio illa, per quam Angelus a Deo solo producitur, adaequate realiter distinguitur a Deo et Angelo, etiam collective sumptis. Probatur consequentia, manere possunt in rerum natura Deus, et Angelus desinente actione illa: ergo [illegible] Dei, et Angeli adaequate realiter distinguitur ab

actione

actione illa, itaq. n. subsistat per illam, neq. in ea dicitur qualitas.

9. Dices quaelibet entitas creata realiter distinguitur a producente ab alio: ergo nulla entitas creata separabilis est ab actione, per quam producitur. Probatur, nam si daretur creatura separabilis ab actione, per quam producitur, daretur creatura, quae posset existere sine actione sui productiva, sed implicat creaturam existere sine actione productiva ipsius: ergo implicat creaturam, quae possit separari realiter ab actione productiva sui. Ergo inepte probavimus actionem distingui realiter ex a termino producto. Ergo separari possit realiter a termino producto. Respondetur concedendo antecedens, et negando consequentiam, ad eius probationem distinguo maiorem; si daretur creatura separabilis ab omni actione, per quam producitur, daretur creatura, quae posset existere sine actione productiva sui; concedo maiorem, si daretur creatura separabilis ab aliqua actione, per quam producitur, daretur creatura, quae posset existere sine actione sui productiva, nego maiorem. Itaque cum dicimus ignem B productum separari posse ab actione, per quam producitur, sensus non est, quod separari posset ab omni sua actione, per quam producitur, itaque manere possit in rerum natura, quin actio aliqua existat, per quam producatur. Sed sensus est, quod ignis B productus separari potest ab actione, per quam producitur ab igne A, et separari etiam potest ab actione, per quam producatur ab igne C; quod quidem arguit ignem B existere posse, quin actio ulla productiva sui existat.

10. Dices 2°; actio illa, per quam ignis B producitur ab igne A, vel producitur per seipsam ab igne A, vel mediante alia actione? Si dicas seipsa produci, et immediate fluere ab igne A, cur non idem erit dicendum de igne B, quod videlicet per seipsum immediate fluat ab igne A, quin opus sit actione aliqua realiter distincta ab igne B, per quam ipse actualiter fluat ab igne A? Si vero dixeris, quod nimirum actio illa fluit ab igne A mediante alia actione, dabitur processus in infinitum, nam etiam actio illa 2.a fluet ab igne A per aliam actionem 3.am, et 3.a per 4.am, et sic in infinitum. Respondetur aperte esse discrimen inter actionem, qua producitur ignis B, et ipsum ignem; quoniam ignis B indifferens est ut ab igne A producatur, vel ab igne C, vel non, sed a solo Deo, at vero actio, per quam ignis B actualiter fluit ab igne A, est entitas modalis, et essentialiter alligata igni A, itaque non possit non provenire ab igne A; unde cum non sit indifferens ut ab igne A producatur, vel non, sed ab igne C, nihil aliud petat alia ratio

formali

frali, per quam de terr. eius sendifferentia, ipsa licet in actio ex differentia Ultima per quam ignis B, fluit actualiter ab igne A, potius quam ab alio igne, Benter quod se ipsa de natura sua, et alligata, ut fluat potius ab igne A, potius quam ab alio igne. Cap. 2um quotuplex sit actio, et in quo nam subiecto recipiatur?

Cap. 2um

Quotuplex sit actio, et in quo nam subiecto recipiatur?

1. Imprimis actio dividitur in immanentem, et transeuntem; actio immanens dicitur illa, quae producit terminum, qui manet receptus in aliquo principio producente a quo fluit actio ipsa; unde actio, per quam potentia visiva producit in se visionem, dicitur immanens, quia producit visionem, et haec permanet recepta in ipsa potentia visiva producente. Consulto dixi, in aliquo principio producente non autem in principio producente, ut ab aliis dicitur; ne ex vi propositi doctrinalis videre et requiri ad denominationem actionis immanentis, quod terminus productus maneat unitus, seu receptus in omni principio, a quo producitur, quod quidem non requirit, ut patet in exemplo allato, nam actio, per quam visio corporea producitur, dicitur immanens, cum tamen visio, quae terminus productus, non maneat unita omni principio producenti, neque enim manet unita Deo, qui quidem etiam est principium producens visionem eadem omnino actione, per quam producitur a potentia visiva.

2. Actio transiens ita late ex definitur est illa quae producit terminum in extraneo subiecto ab ipso principio producente. Unde videtur requiri ad conceptum actionis transeuntis, quod eius terminus producatur in subiecto extraneo ab omni principio producente, locum ex quo duo requiri; 1um quod eius terminus producatur in subiecto; 2um quod subiectum, in quo producitur, sit extraneum, seu distinctum ab omni principio producente per eiusdem actionem, quae denominatur transiens. Hoc autem sustineri nequit in illorum sententia qui docent formam genitam de facto educi a parte de potentia subiecti, ita quod subiectum recipiens formam, pariter influat in illam eadem actione, per quam agens generat formam, nam in ista sententia nulla forma de facto generabitur per actionem transeuntem, eo quod quaelibet actio generativa producit terminum receptum in aliquo principio producente per ipsam actionem, videlicet in subiecto recipiente et influente. 1um nequit sustineri in illorum sententia

qui

quidixisint actionem creativam realis disquia tro creato, neque eius dictio, transiens dicitur ab ipsis, et tamen ex illis tamen non producit terminus in subiecto, ut patet, quoniam Angelus, est terminus illius actionis, Angelus in nullo subiecto producitur: ergo terminus actionis illius in nullo subiecto producitur. Haec notare operae pretium est, ut scias quam plurimos Authores sibi defuisse, quapropter actio transiens ita debet explicari esse illa, quae producit terminum non unitum principio producenti.

3. Actio deinde dividitur in actionem generativam et actionem creativam, actio generativa communiter explicatur esse illa, quae producit terminum dependenter a subiecto, caeterum in explicanda illa dependentia a subiecto Authores discordes sunt, alii enim requirunt ad conceptum actionis generativae, quod producat terminum dependenter a subiecto, tamquam a causa materiali physice influente, itaque dicunt actionem per quam forma generatur ab agente generante fluat etiam physice a subiecto recipiente formam genitam. Alii docent actionem generativam producere terminum dependenter a subiecto, tamquam a causa materiali, si subiectum materia sit, non vero sit, tamquam a causa quasi materiali non physice influente, sed solum sustentante, et patiente formam genitam, ex eo videlicet, quod actio recipiatur in subiecto, cui unitur forma genita per eiusdem actionem. Alii denique docent actionem generativam producere formam dependenter a subiecto ex eo, quod actio illa dependeat essentialiter a subiecto, sine quo nequit naturaliter exerceri, ratione connexionis naturalis, per quam connectitur cum subiecto, licet in ipso non recipiatur. Quid autem sentiamus super his satis supra ostendimus 5° lib. Physicorum.

4. Difficultas, fere tota est de nomine, quoniam Authores conveniunt in voce non autem in significato vocis, vox enim ista actio generativa communis est, non autem quod significet per ipsam vocem. Praeterea conveniunt in explicatione vocis, seu definitione formali ab ipsis tradita, non autem conveniunt in obiectiva definitione, nam apud fere omnes haec definitio formalis communis est; actio generativa est illa, quae producit formam dependenter a subiecto, non autem conveniunt in obiectiva eius definitionis. Prius quam mentem nostram aperiamus advertere 1°, quod per vocem actio generativa intenditur ab omnibus significare illam actionem, quae producat terminum dependenter a subiecto, unde quandocumque verificetur, terminum produci dependenter a subiecto, verificatur terminum generari. Advertere 2° accidere posse multipliciter, quod terminus producatur dependenter a subiecto; 1°, si actio, per quam producitur terminus, non solum physice fluat ab agente generante, sed etiam a subiecto recipiente terminum

producti tamquam a causa efficiente. 2°; si actio producens formam recipiatur in subiecto recipiente formam genitam, quamvis subiectum non influat in eius formam: 3°; si actio, per quam forma producitur sit adeo debilis, quod solum possit conservare formam receptam in subiecto, non autem possit formam conservare in statu illo violento, in quo esset forma productus ab omni subiecto separatus.

5. Unde colligitur 1°, non explicari unum conceptum univocum per istas voces actio generativa, neque per explicationem ipsarum vocum, quam tradit communiter, hanc videlicet, actio, quae producit formam dependentem a subiecto. Probatur, nam illud probatum 1° afferri, tamquam diffinitionem, per quam actio generativa differt ab omni creativa non est unus conceptus univocus, sed plures conceptus essentialiter differentes: ergo etc. Antecedens; probatur, 1° afferri, tamquam diffinitionem, est quod actio dicatur producens formam dependentem a subiecto, sed quod actio producat formam, seu formam dependentem a subiecto, non est unus conceptus univocus, sed plures conceptus essentialiter differentes: ergo etc. Minor probatur, nam primo posito quod actio producens formam recipiatur in subiecto recipiente formam, verificatur quod formam producat dependentem a subiecto, in quo casu ideo formaliter, actio illa dicetur producens formam, dependentem a subiecto quia recipitur in subiecto, et sine illo nullatenus existere potest, et primo posito quod actio fluat etiam a subiecto recipiente formam productam, verificatur quod producat formam dependentem a subiecto, in quo casu ideo formaliter actio illa dicetur producens formam dependentem a subiecto, quia est actio fluens a subiecto, ac denique primo posito, quod actio illa sit adeo debilis, quod non possit conservare formam, seu formam in statu violento, in quo esset separata ab omni subiecto, verificatur quod producat formam dependentem a subiecto, in quo casu actio illa ideo formaliter dicetur producens formam dependentem a subiecto, quia est actio ab intrinseco insufficiens ad conservandum formam in statu illo violento; sed isti conceptus enumerati sunt essentialiter differentes, et quilibet sufficiens ad hoc ut actio dicatur producens formam dependentem a subiecto, consequenter quod dicatur generativa: ergo etc.

6. Colligitur 2°; actionem proprie eductivam esse illam, quae fluit physice ab agente generante, simul et a subiecto recipiente formam genitam. Probatur, nam actio proprie eductiva est illa, quae proprie educit formam de potentia subiecti, sed nequit educere proprie formam de potentia subiecti, nisi educat illam de potentia productiva subiecti; ergo est illa, quae educit formam de potentia productiva subiecti; quod de potentia subiecti, tamquam de potentia causantis formam, sed subiectum nequit proprie ac physice causare formam, seu formam receptam, nisi

nisi efficienter: ergo per influxum realem, ac physicum: ergo per actionem, quae dicitur eductiva. Colligitur 3° actionem omnem proprie eductivam esse generativam, et omnem generativam esse proprie eductivam. Ratio satis constat ex dictis, nam si actio recipiatur in subiecto termini producti, et subiectum influat physice in terminum, dicetur generativa, et quidem dicetur producens terminum dependentem a subiecto; sed actio eiusmodi non erit proprie eductiva: ergo omnis actio generativa est eductiva. E contrario omnis actio eductiva producit terminum dependenter a subiecto, ergo omnis actio eductiva est generativa.

7. Colligitur 4°, dari conceptum univocum actionis creativae, quae quidem est illa, quae producit terminum independenter a subiecto. Ubi requiritur ad conceptum actionis creativae, quod nulla ratione producat terminum dependenter a subiecto, idest, quod debet esse talis, quae non recipiatur in subiecto termini producti, neque influat a subiecto recipiente terminum productum; et talis sit, quae possit conservare terminum, quin recipiatur in aliquo subiecto. Talis est actio, per quam de facto producitur Angelus etc., quae quidem actio non recipitur in subiecto Angeli, neque influit a subiecto Angeli; Angelus enim in nullo recipitur subiecto, ac denique talis est, quae de facto conservet Angelum separatum ab omni subiecto.

8. Rogabis, in quonam subiecto actio recipiatur? Respondeo 1°, actio creativa de facto recipitur in termino creato. Probatur 1°, actio creativa de facto est accidens modale realiter distinctum ab agente, et termino, ut supra diximus, ergo debet recipi in subiecto aliquo; non est aliud subiectum, in quo de facto recipi possit, nisi terminus creatus: ergo in hoc recipitur. Probatur 2°, nam actio, vel recipitur in agente, vel in termino, vel in subiecto termini, sed actio creativa de facto neque recipitur in agente, neque in subiecto termini; ergo recipitur in termino. Minor probatur quoad primam partem; agens de facto creans est Deus; in Deo nihil recipi potest: ergo actio creativa de facto non recipitur in agente.

9. Deinde, quod actio creativa non recipiatur in subiecto termini, et imprimis axioma est, quod non omnis actio creativa de facto recipitur in subiecto termini, nam plures termini de facto creantur, qui non recipiuntur in aliquo subiecto: ergo actiones, per quas eiusmodi termini creantur, non recipiuntur in subiectis eorum. Antecedens probatur; de facto materia prima, et Angelus creantur; sed neque materia prima, neque Angelus in aliquo subiecto recipiuntur: ergo de facto plures termini creantur, qui non recipiuntur in aliquo subiecto. Modo autem probo nullam actionem creativam de facto recipi in subiecto termini creati; si reciperetur, non esset creativa; ergo non recipitur. Antecedens probatur; si reciperetur in subiecto termini, produceret terminum dependentem a subiecto: ergo esset actio generativa

Patet cons., nam omnis actio, cui convenit producere terminum dependenter a subiecto, dicitur generativa. Antecedens probatur, si actio reciperetur in subiecto termini dependenter a subiecto: ergo dependeret a subiecto in producendo terminum: ergo produceret terminum dependenter a subiecto.

20. Dico 2°: an actio generativa recipiatur de facto in subiecto termini, an non, id nobis ignotum est. Prima pars statuta manet. Secunda probatur: nihilominus tamen modo non habemus ullum fundamentum sufficiens ad id affirmandum, neque ad id negandum: ergo nobis ignotum est. Antecedens probatur: si fundamentum aliquod haberemus, maxime quod actio eiusdem generativa sit. Contra, actio dicatur ut sit generativa non de ratione requiritur quod recipiatur in subiecto termini producti: ergo etc. Probatur minor: etiam non recipiatur in subiecto termini producti, potest dici, et esse generativa: ergo etc. Antecedens probatur: hoc pacto, quod actio esset talis, quae sufficeret a subiecto termini, et in ipso subiecto non reciperetur, esset generativa et hoc pacto, quod esset adeo debilis, quae non posset conservare terminum productum separatum ab omni subiecto, in eo, videlicet, statu violento, esset generativa ut constat ex supra dictis: ergo ut actio dicatur generativa non de ratione requiritur quod recipiatur in subiecto termini.

21. Constat, nam si aliquod fundamentum aliud reale sufficiens haberemus ad affirmandum, maxime quod forma genita de facto nequit naturaliter conservari extra subiectum, cui unitur per actionem, quae producit in subiecto, percipimus enim quod numquam naturaliter conservatur extra subiectum, sed statim atque a subiecto expellitur, desinit, et unio ipsius forma cum subiecto perit forma genita; sed hoc fundamentum insufficiens est: ergo etc. Minor probatur: nam quod forma genita pereat in illo casu poterat sufficienter convenire ex eo quod subiectum solum fiat per actionem in forma genita, quae quidem actio esset adeo debilis, quae non posset conservare formam genitam separatam a subiecto, in eo, videlicet, statu violento: ergo fundamentum illud est insufficiens, ex quo non infertur de ratione quod actio illa recipiatur in subiecto termini, solum enim ex eo infertur quod forma genita producitur dependenter a subiecto, quod quidem multiplici ex capite convenire potest, ut supra notabamus. Disputatio 2ª: quid sit passio, et an ab actione distincta.

Disp. 2ª

Quid sit Passio, et an ab actione distincta?

1. Actio et passio dupliciter accipi possunt,

1°

1° grammaticaliter, 2° Philosophice. Actio grammaticaliter accep-
ta est illud quod exprimit voce activa Verbi, et passio similiter grammaticaliter
accepta, est illud, quod exprimit voce passiva Verbi, ut illud quod in istis
vocibus, ignis producit calorem, exprimitur per illud producit, dicitur actio, et quod
in istis vocibus, calor producitur ab igne, exprimitur per illud producitur dicitur
passio; in quo sensu actio, et passio sunt tantum formaliter ... designa-
tam, cum cadem formalis, per quam ignis producit calorem, est formaliter ipsa formalis,
per quam calor producitur ab igne; quapropter nulla extractio, sive generativa,
sive creativa, quae in hoc sensu sit passio. Totum hoc constat ex eo quod apud
optimos logicos, oratio grammaticaliter activa, et oratio grammaticaliter passiva illi
correspondens sint aequivalentes logice. Unde vox ista actio in hoc sensu accepta explicat
in recto actionem physicam causae ad effectum, et in obliquo vocem activam Verbi, per quam ipsa
exprimitur, et vox ista passio in hoc sensu accepta explicat in recto eandem
actionem physicam causae ad effectum, et in obliquo vocem passivam, per quam exprimitur.

2. Quid sit passio physice accepta, et in quo
distinguatur ab actione, quaestio est de nomine: quapropter prius est supponendum
quod inter omnes fere auctores convenit supra hac re, et inde colligere possimus quid
vox ista passio, quid etiam apud ipsos, debeat significare. 1° convenit inter omnes
fere auctores, quod omnis passio est actio, itaque nulla entitas sit passio, quae non sit actio
sit. 2° convenit inter ipsos, quod omne subiectum causans formam in se receptam patitur formam, et
quod nullum subiectum non causans formam in se receptam, patitur formam; conterendo passio erit illa
actio formalis, per quam subiectum patitur formam, seu causat formam in se receptam. Unde videtur
vocem passio duo significare, et actionem, per quam subiectum causat formam, et unionem, per
quam subiectum unitur ipsi formae, alterum non utrumque significat in recto a voce ista passio,
sed tamen explicat in recto illa actio formalis, per quam subiectum causat formam, et in obliquo
unionem illam. Probatur hoc, nam apud fere omnes dicere formali, per quam subiectum causat formam
in se receptam, probat quod sit passio, cum tamen non praedicat, quod sit unio. Itaque, apud
ipsos omnes fere omnes, si loquamur de actione, per quam anima equi educatur ex potentia
subiecti, vera est ista propositio; actio illa est passio, et haec falsa est, actio illa, seu
actio formalis illa, per quam subiectum causat animam equinam est unio, per quam anima equina recipitur in subiecto.

3. Quibus praenotatis colligo significationem vocis istius

passio, et quod non sit dub[ium] ab ipsa signatur; passio est formalis, per quam subiectum immanenter producit formam. Probatur: quia passio apud ipsos est formalis, per quam subiectum causat formam in se receptam: quo est formalis effectiva, sive actio per quam subiectum efficienter producit formam in se receptam. Antecedens est ipsa communis doctrina, sed probatur: quia subiectum nequit physice causare formam, nisi dicatur esse proprie ac physice formam; omnis enim causa physica dicitur, apud omnes, illa quae dicatur physice ac proprie esse effectus causato; quod vel intrinsece, tamquam intrinseca causa, vel extrinsece, tamquam efficiens causa; subiectum nequit causare intrinsece formam in se receptam, tamquam materialis causa intrinseca; quo subiectum physice causat formam in se receptam, tamquam extrinseca causa physica: quo tamquam efficiens causa: vel nulla ratione causabit physice formam; quo si subiectum physice causat formam, erit per actionem physicam, per quam physice influat esse formae receptae: quo si passio est formalis, per quam subiectum causat formam in se receptam, erit formalis, per quam subiectum immanenter producit formam.

4. Quod autem nequeat sustineri, vel etiam in adversariorum doctrina, quod actio quae physice influat a subiecto recipiente formam, possit denominari passio, etiam si huiusmodi actio recipiatur in subiecto, patet ex dictis supra 1o Probatur: quia non apud ipsos adversarios subiectum patiens formam debet causare formam, et actio quae passio dicitur, debet esse formalis, per quam subiectum causet formam; praeterea etiam ipsos adversarios, ad conceptum causae requiritur, quod dicatur esse effectum, quia nisi subiectum dicatur esse formam, non poterit dici causans formam, vel nequit pati formam nisi causet formam: quo nequit pati formam nisi dicatur esse formam, atqui nisi physice influat in formam, nequit dici dicere formam. Probatur: quod quidem quod dicatur esse effectum in genere causae physicae, vel est causa intrinseca, vel causa efficiens effectus, nam causa extrinseca, quae non sit efficiens non erit proprie, ac physice causa, sed tantum moralis causa, seu causans intentionaliter effectum, quemadmodum causa finalis, et exemplaris causant intentionaliter effectus suos; quo subiectum absolute causans formam, idem proprie, ac physice causans formam debet influere physice in ipsam, consequenter subiectum non poterit esse patiens formam, nisi physice influat per actionem physicam, et realem in formam receptam, quod autem subiectum in se recipiat actionem, qua producitur forma recepta non sufficit, ut dicatur physice causans formam, nisi actio illa physice fluat a subiecto, neque enim recipere actionem, per quam effectus producitur, est causare physice effectum, alioquin Angelus esset ipse physice causaret, quoniam Angelus in se recipit actionem creativam, per quam producit.

5. Ex dictis constat, quod etiam apud fere omnes requiruntur duo ad conceptum passionis. Unum aliter sibi constantem. Unum est actio, per quam subiectum physice influit in formam receptam. Aliud est unio, per quam illius productio intrinsece unitur subiecto causanti. Probatur, quoniam passio est status formalis, per quem subiectum causat formam in se receptam; sed prius ablata, quod actio illa sumpta subiecto, formaliter, et immediate auferret, quod subiectum causet formam in se receptam. Et prius ablata unione, qua terminus productus recipit in subiecto producente formaliter, et immediate auferret, quod subiectum causet formam in se receptam; ergo duo illa requiruntur ad denominationem passionis. Probatur minor, haec propositio, subiectum causat formam in se receptam est formaliter composita ex saepius ante dictis, recepta in subiecto propositionis, quae constat casibus rectis, et obliquis, et aequipollet huic: subiectum causat formam, et haec recipit in subiecto. Et hoc in negativa contradictoria negativa, haec videlicet, subiectum non causat formam in se receptam; est formaliter disiunctiva, nam sub disiunctione, vel quod subiectum causet formam, vel quod forma recipiatur in subiecto; quod affirmativa contradictoria dicta cum duo affirmat copulativa est. Praeterea, et tantum, prius ablato, quod subiectum recipiat formam, et causet formam, formaliter et immediate reddit verum, quod subiectum non causat formam in se receptam, et prius ablato, quod subiectum causat formam, et illam in se recipiat, formaliter et immediate reddit verum, quod subiectum non causat formam in se receptam.

6. Rogabis, quare de illa duo explicentur, per vocem istam passio? Respondeo, in recto tantum explicari actionem illam, per quam subiectum physice influit in formam; et in obliquo unionem, qua forma unit subiecto. Et probatur, haec propositio, apud fere vera est; passio est actio illa, per quam subiectum causat formam in se receptam, et ista falsa est: passio est actio illa, per quam subiectum causat formam, et unio, per quam forma unit subiecto, sed ideo prima vera est, quia nihil ex parte praedicati afferet in recto, quod ex parte subiecti etiam afferatur in recto; et ideo secunda falsa est, quod praedicatum aliquid afferet in recto, quod non identificetur recto subiecti: quod ex parte subiecti, ubi haec vox ista passio solum explicat in recto actionem illam, non autem unio, sed haec in obliquo tantum afferetur.

7. Satisfactum est primae difficultati propositae; veniamus iam ergo ad secundam, quae rogabat, quare [illegible] disputant actio et passio. Respondeo, conceptus iste actio et conceptus iste passio inter se differunt, quemadmodum ratio communis superior, et inferior inter se distinguunt; nam actio est [illegible] superior latius patens, et vagans per plura inferiora, quam iste conceptus passio, qui quidem est ra-

inferior

inferiorum trahens formaliter conceptus actionis, seu participans rationem conceptus actionis; realiter autem conceptus iste secundo rationem actiatum continet: Probatur 1º: omnis passio est actio, non autem e contra, omnis actio est passio: ergo conceptus iste actio, est ratio superior latius patens, quam iste conceptus passio. Probatur antecedens actio, per quam Deus secundo producit Angelum, non est passio, licet vera actio sit: ergo omnis actio est passio. Quod autem omnis passio sit actio, constat ex definitione passionis, ubi passio dicitur contralis, per quam subiectum immanenter producit formam: ergo etc.

§. Colligitur 1º, quod iste conceptus actio, sive actio in communi distinguitur realiter inadaequate ab isto conceptu passio, sive a passione in communi, tamquam includens ab incluso reali, quia admittit rationem communis animalis inadaequate realiter distinguitur a ratione communis hominis, tamquam includens a realiter incluso. Probatur: est enim collectio inferiorum trahentium rationem conceptus actionis, formaliter in se claudit collectionem inferiorum trahentium rationem passionis. Colligitur 2º, quod passio in particulari distinguitur realiter ab actione, qua passio denominatur, sicut homo distinguitur realiter ab animali, quod dicitur homo. Probatur: est, quia a parte rei eadem processus entitas, qua denominat passio, est actio. Colligitur 3º, quod passio ut talis, seu denominatio passionis inadaequate realiter distinguitur ab actione, qua passio denominatur, tamquam includens binarium ab unitate realiter inclusa. Probatur: ita probo: Vocetis, passio ut talis, sicut etiam istud denominatio passionis, explicant in recto ... quod vox ista passio sive in recto sive in obliquo explicat, sed vox ista passio explicat in recto actionem, qua dicitur passio; et in obliquo explicat unionem eius subiecto recipiente, tamquam formam partialem, a qua actio illa denominat passio: ergo voces istae, passio ut talis, sicut etiam istud denominatio passionis, explicant in recto tum actionem illam, tum etiam illam unionem: ergo passio ut talis, est coniunctum ex unione illa, et actione, sed coniunctum ex unione, et actione illis est binarium inadaequate realiter distinctum ab actione, tamquam ab unitate in se realiter inclusa: ergo passio ut talis inadaequate realiter distinguitur ab actione, tamquam binarium ab unitate realiter inclusa.

Disputatio 3ª

de Motu

Caput 1um

Motus explicatur, et cum actione, passioneque comparatur.

1. Motus

1. Motus physicus, de quo in praesenti, duplex est, alius formalis, alius effectivus, primo de motu formali sermo erit, postmodum de effectivo. Motus formalis, sive mutatio formalis, ita explicatur a Philosopho: est actus entis in potentia, ut in potentia. Definitio haec, obscuritate laborat, potius explicatione; praenotandum est, quod motus formalis, de quo in praesenti, idem est etiam apud Philosophos atque transitus, qui a nobis physicus dicebatur, 1° Libro Physicorum, et exercetur per id, quod subiectum physice transit, de non habita forma ad formam habitam, quod nimirum verificatur, subiectum modo habet formam, et immediate antea exstitit privatum forma; itaque subiectum est illud, quod dicitur physice transire, seu formaliter moveri de uno statu, quem antea habebat, in alium statum, quem modo habet, videlicet de non habita forma ad formam habitam, cui quidem motui formali correspondet terminus a quo, et terminus ad quem, eorundem, quales supra diximus 1° Lib. Physicorum; terminus a quo, est privatio formae, sive id, quod affertur in recto a nomine privatio, videlicet carentia formae in subiecto apto, videlicet carentia formae, seu unionis, seu non forma, seu non unio. Terminus autem ad quem, est forma, et unio; ex dictis colligitur, mutationem formalem, de qua in praesenti, ita definiendam, ex Philosophi mente: Mutatio formalis, seu motus formalis, est transitus, per quem subiectum transit de non habendo formam ad formam habitam.

2. Rogabis 1°, quo ratione distinguatur motus iste formalis ab actione? Respondeo mutationem formalem adaequate realiter distingui ab actione. Probatur, quia motus iste formalis non dicit in suo conceptu formali actionem, neque est contra: ergo. Probatur antecedens 1a parte, quia in conceptu istius motus formalis solum affertur, quod subiectum modo habeat formam, et immediate antea privatum fuerit forma, sed in hoc non includitur essentialiter actio aliqua: ergo. Probatur minor, quia posita in instanti praesenti existentia subiecti, et formae, et unionis formae ad subiectum, et posita in instanti immediate ante existentia subiecti, et in eodem instanti posita ablata, seu forma, seu unione formae ad subiectum, formaliter et immediate ponitur, quod subiectum physice transeat de non habita forma ad formam habitam, sed in praedictis non affertur actio ista, ergo nulla actio est de conceptu formali huius motus formalis.

3. Rogabis 2°, an in conceptu istius motus formalis essentialiter passio afferatur? Respondeo negative. Probatur 1°, quia in conceptu istius motus non affertur essentialiter actio, ut supra dictum est, sed omnis passio est actio: ergo passio

n afferi essentialiter in se ep huiusmodi motus formalis. Pr 2° ; si supponamus Mgrum influere physice in unionem, per quam unitur ... 2do de facto denuo fit ..., dabitur hic motus formalis 2do v.g. et subiectum illud transeat de non habenda forma ... ad habendam formam ...; sed in isto casu nulla passio dabitur: ergo passio non est de conceptu formali istius motus formalis.

4. Motus effectivus, seu mutatio effectiva eadem est, atque nova productio formae in subiecto, seu illa productio formae intra subiectum, quae quidem productio sit nova, idest modo sit, et immediate antea non extiterit. Quare mutationem effectivam, seu motum effectivum, de quo in praesenti, ita definimus; est productio physica, per quam s° producitur forma intra subiectum. Unde a vocabulis his motus effectivus, seu mutatio effectiva unum explatur in recto, alterum in obliquo; in recto explatur productio physica formae intra subiectum, in obliquo autem explatur illud, a quo eiusdem productio extrinsece denominatur s°, seu nova, v.g. et quod immediate antea non extiterit eiusdem productio.

5. Petes an illa productio formae intra subiectum, quae in recto explatur, sit sola actio, per quam s° producitur forma, an actio sola, per quam producitur unio formae ad subiectum? Resp: ista productio neque est sola actio, per quam producitur forma, neque actio sola, per quam producitur unio formae ad subiectum, sed utraque actio indivisibiliter sumpta, ut coniuncta est utriusque actionis, quae quidem coniunctio dicitur denuo posita. Pr; motus effectivus, ut constat ex definitione, quam loco recitavimus adversus ..., est productio physica, per quam s° producitur forma intra subiectum: ergo est productio, per quam producitur, tamquam illud, quod est intra subiectum, idem, unio, quae quidem productio dicatur nova, seu denuo posita.

6. Probatur ... productio formae intra subiectum debet esse illa, qua prius posita formaliter, et immediate ponatur productio formae intra subiectum, seu quod forma producatur intra subiectum; sed neque prius posita actione, per quam producitur forma, formaliter, et immediate ponitur productio formae intra subiectum, seu quod forma producatur intra subiectum, neque prius posita actione, per quam producitur unio, formaliter, et immediate ponitur productio formae intra subiectum, seu quod forma producatur intra subiectum; ergo etc. Minoris s° pars pr; etiam si subiectum supponatur immediate ante existens, privatum quadam forma, et supponatur modo existens, si prius producitur modo forma extra

subiectum

Subiectum non ponitur formaliter, et immediate productio formae intra subiectum; Seu quod forma producatur intra subiectum, et tamen ponitur actio formae: ergo praecisse posita actione, per quam producitur forma, formaliter, et immediate ponitur, quod forma producatur intra subiectum; quod actio sola, per quam producitur forma, non est productio formae intra subiectum.

7. Minoris eiusdem partis probatur; nam etiam si supponatur subiectum existens, privatumque forma immediate antea, et modo existens, si praecisse modo producatur unio illa, et per impossibile modo non producatur forma, ponetur nova productio unionis, et non ponetur, quod forma denuo producatur intra subiectum: ergo non ponetur nova productio formae intra subiectum: ergo actio sola, per quam producitur unio, non est productio formae intra subiectum: ergo nova productio formae intra subiectum, est coniunctum ex utraque actione illa, tamen formae, quam unionis indivisibiliter sumptum, quod coniunctum dicatur novum, idest, denuo positum. Probatur 2a pars; nam si subiectum supponatur immediate antea existens, privatum quoque forma, et modo existens, praecisse posito denuo coniuncto ex utraque actione illa, ponitur formaliter, et immediate nova productio formae intra subiectum: ergo etc.

8. Rogabis 1o, quare coniunctum illud utriusque actionis dici debeat novum, seu denuo positum, an solum denominative denuo productum, v.g., ut sumpta denominatur ab aliqua eius parte denuo producta, an vero seu quidditative, ideo quod tam una, quam altera alius pars denuo posita sit? Respondeo non requiri determinate, quod tantum denominative est productio illa, seu coniunctum utriusque actionis sit denuo productum, neque requiri determinate, quod sit quidditative denuo productum, sed tantum quod dicatur denuo positum, sive denominative solum, sive quidditative. Probatur 1a haec; nam in conceptu mutationis effectivae, solum affertur nova productio formae intra subiectum, sed sive solum actio una denuo ponatur, et altera posita supponatur, ponitur nova productio formae intra subiectum, idest, novum coniunctum utriusque actionis; sive denuo ponatur, tam una, quam altera actio, ponitur nova productio formae intra subiectum: ergo neutrum illorum determinate requiritur.

9. Rogabis 2o, quidnam sit illud, a quo haec productio formae intra subiectum denominatur 1a, seu nova, et explicatur in obliquo ab istis vocibus, nova productio formae intra subiectum? Respondeo, coniunctum ex illa duplici actione denominari extrinsece novum, ideo quod immediate ante non extiterit eiusdem coniunctum actionum, consequenter quod denominatur a carentia sua immediate antea suo modo existente, carentia,

in qua

inque, loga utriusque actionis, hoc est, l. non actio, qua producatur forma, l. non actio qua producatur unio formae ad subiectum, quae quidem duae nationes physicae actionum afferunt distinctè denotatae per nomen unius nationis, quae dicit una carentia loga. et explicatur hac ratione, carentia coniuncta ex utraque actione.

Propterea hoc, ut coniunctum ex duplici actione, dicatur novum, sufficit quod verificetur modo est, et immediate antea non fuisse, seu ut verificetur, quod immediate antea non fuerit, sufficit, quod immediate antea aliqua pars coniuncti non fuerit; ergo ut coniunctum illud actionum, seu mutatio effectiva dicatur nova, sufficit quod una pars istius coniuncti, seu actio aliqua illarum immediate antea non fuerit, ergo illud, a quo illud coniunctum actionum, seu productio formae intra subiectum, denotatur nova, est carentia loga immediate suo modo praecedens, quae natura subdistinguitur, l. actionem unionis, l. actionem formae.

10. Rogabis 3º, an mutatio effectiva includat essentialiter actionem? Respondeo affirmative, nam ut supradictum est mutatio effectiva est coniunctum illius duplicis actionis denuo positum: ergo mutatio effectiva includit in se essentialiter actionem, quod si rursus petas quare differat effectiva mutatio ab actione? Respondeo differre mutationem effectivam in communi ab actione in communi, tamquam res inferior ab sua ratione superiori, non alteratur 2. et 3º differt ab alia l. Respondeo inquam omnis mutatio effectiva est actio, non autem omnis actio est mutatio effectiva, actio enim per quam producit Angelus, non est mutatio effectiva, denique in praesenti, cum tamen actio sit.

11. Itaque mutatio effectiva includit essentialiter conceptum actionis, sicut species claudit aliquam rationem genericam, deinde addit supra conceptum actionis, denotationem illam utriusque, a qua denotatur illa nova productio formae intra subiectum. Respondeo inquam ut entitas aliqua dicatur actio, propositum est, quod immediate antea non fuerit, at vero ut entitas aliqua denotetur mutatio effectiva, oportet sed quod immediate antea non fuerit, contextusque requirit quod denotetur nova, sive denuo producta in rerum natura.

12. Rogabis denique an mutatio effectiva dicat in suo conceptu essentiali passionem? Respondeo, motus effectivus, neque quatenus talis dicitur in suo conceptu passionem, neque econtra, passio dicit in suo conceptu, quod quod dicit motus

effectivus

effectivus ut talis. Prima 2ae partis; nam motus effectivus, ergo ut talis, solum dicit, quod sit productio formae intra subiectum denuo posita; sed in isto conceptu non affert essaliter, quod aliqua illarum actionum physice fluat a subiecto recipiente formam: ergo non dicit in suo conceptu essali passionem. 2a 2ae partis probatur; nam passio, ergo ut talis, solum dicit in suo conceptu esse productionem physicam per quam subiectum immanenter producit formam, in quo conceptu non affert, quod eiusdem productio dicatur nova, postquam enim ab aeterno dari passio, sed in conceptu motus effectivi ut talis essaliter affert, quod productio formae intra subiectum, sit denuo posita, ita quod immediate antea non fuerit: ergo passio, ut ergo ut talis dicitur in suo conceptu motum effectivum ut talem. Cap. 2um, Ulterius dividitur motus.

Cap. 2um.

Ulterius Dividitur motus.

1. Praeterea dividitur motus effectivus in instantaneum, et successivum, sed stat merito difficultas, quare motus aliquis effectivus dici possit instaneus, nam omnis motus effectivus est nova productio formae intra subiectum, et in ratione talis non solum dicit productionem formae intra subiectum, sed etiam illud per quod nova denominatur, videlicet, quod immediate antea non fuerit: ergo motus effectivus in ratione talis, dicit productionem praesentem, et carentiam ipsius productionis immediate praecedentem: ergo motus successivus in ratione talis dicit aliquid successivum exercitum in duplici instanti, et constans ex carentia productionis immediate praecedente, et productione ipsa modo existente, sed totum hoc nequit dari in unico instanti: ergo motus effectivus ut talis nequit exerceri in unico instanti: ergo nequit esse instantaneus. Ans. probatur 1o, quia productio, et non productio nequeunt dari simul in unico instanti, sed motus effectivus in ratione talis constituitur per productionem, et non productionem: ergo motus effectivus ut talis nequeunt dari in unico instanti. 2o probatur: quia motus effectivus ut talis, seu denominatio motus effectivi, dicit essaliter, quod modo exstat productio formae intra subiectum, et ipsa productio immediate antea non extiterit: ergo petit exerceri in duplici instanti: ergo totum, quod constituit motum effectivum in ratione talis, dari potest in unico instanti.

2. Pro

2. Pro cuius solutione advertendum est hic esse sermonem de motu effectivo ut tali; itaque motus effectivus ut talis dividatur in instantaneum, et successivum; nam optime probatur 5 ante, motum effectivum ut talis nequit exerceri, neque dari in unico instanti, itaque omnia solutiva motus effectivi ut talis, seu denominationis motus effectivi, sed dari possint in unico instanti, solum quod loquimur de illo, quod denominat motum effectivum, hoc est, solum loquimur de productione illa, quae denominat motum effectivum, et in hoc sensu dicimus motum effectivum alium esse instantaneum, alium successivum; motus effectivus instantaneus est nova productio formae intra subiectum, quae quidem productio non tota successive per partem, sed tota simul in eodem instanti existit. Motus effectivus successivus est nova productio formae intra subiectum, quae quidem non tota simul in eodem instanti exit, sed in diversis, nunc secundum unam, mox secundum aliam partem. Exemplum sit nova productio, per quam anima rationalis intra materiam producitur, est motus instantaneus, quia est productio nova formae intra subiectum, quae tota simul, et non per successionem tamen existit. At vero productio caloris ut 6, quae de facto successive producitur in ligno, dicitur motus successivus, quia prius producitur in ligno calor ut unum, postea ut duo etc.

3. Rogabis 1°; an productio formae intra subiectum denotet motum effectivum per intrinsecam denominationem, an vero per extrinsecam. Resp.: productio formae intra subiectum denominat motum effectivum per denominationem sibi partim intrinsecam, et partim extrinsecam, hoc est, partim a sua entitate, quae est productio formae intra subiectum, et partim ab illo extra, per quod nova denominatur. Probatur: ista productio animae rationalis intra materiam de facto dicitur motus effectivus saltem partialiter ab eo, per quod nova productio denominatur, sed denominatur nova saltem partialiter ab aliquo sibi extrinseco; ergo denominat motum effectivum saltem partialiter ab aliquo sibi extrinseco. Minor probatur; ista productio illa denominatur nova saltem partialiter ex eo, quod ipsa immediate antea non extiterit, sed quod immediate antea non extiterit, extrinsecum est ipsi productioni; ergo productio illa denominat nova saltem partialiter ab aliquo sibi extrinseco.

4. Rogabis 2°, an motus successivus, et instantaneus essentialiter differant. Dubium est, quia motus successivus, et instantaneus, possunt essentialiter differre, et non ex conceptu motus successivi, et instantanei, ex aliis tamen capitibus; productio n. per quam in manu calor

intensus

intensus successive producit, essaliter differt a productione, qua realis ardor
intra manum producitur, quoniam sunt actiones trahentes ad res essaliter diversas,
sicut ethos dubitatione, qui in unus motus successivus essaliter differre
posit ab altero motu successivo, et similiter unus motus instaneus ab
altero motu instaneo; quoniam motus successivus, quo calor intensus in
manum producitur, est essaliter diversus a motu successivo, quo frigidas in-
tensa in manum producitur, et motus instaneus, quo ardor realis intra manum
producitur, est essaliter diversus a motu instaneo, quo ardor qui intra manum pro-
ducitur, qui quidem diversus motus provenit ex eo, quod eiusdem productionem
habent terminos essaliter diversos.

5. Quo supposito reor 1°, quod una productio de-
nominetur motus successivus, et altera denominetur motus instaneus non arguit
essalem diversitatem in productionibus, seu subiectis denominatis. Unde plane colligitur
quod opus non est, quod motus successivus, seu illud, quod denominat motus successivus
essaliter differat a motu instaneo, seu ab illo, quod denominat motus insta-
neus. Probatur 1°, eadem productio, qua producit successive calor intensus in ma-
nu, vel in alio subiecto, potest fieri instanee, sicut ab ipso dicta xix: ergo eadem produc-
tio potest modo denominari motus successivus, et modo denominari motus instaneus, ergo
quod productio denominetur motus instaneus, vel successivus non arguit essalem diver-
sitatem in subiecto denominato. Reor 2°, motus successivus, qua talis essaliter dif-
fert a motu instaneo, qua tali, seu quod idem, denominatio motus successivi essa-
liter differt a denominatione motus instanei. Probatur 1°, denominatio motus suc-
cessivi essaliter dicit, quod una pars illius, quae denominat motus successivus incipi-
at esse, quando alia pars exerat, et quod nec immediate post exerat: ergo dicit es-
saliter positionem partis unius in 1° instanti, et negationem partis alterius
pro eodem instanti; sed denominatio motus instanei non dicit essaliter livis di
successionem exercitam in subiecto, quod dicit motus effectivus: ergo eius denominationes
essaliter differunt inter se.

6. Rursus motus effectivus trahit ad triplicem
motus specialem, quibus hic non dividit, alius est motus a negativo in positivum, alius a
positivo in negativum, alius denique positivum a positivo, quae diversas talis

dicit

dicitur a diversis terminis, a quibus, et ad quos eorundem motuum; motus a nativo in positivum, exercetur, quando aer v.g. transit a tenebroso in lucidum; motus a positivo in nativum, quod est e converso aer transit a lucido in tenebrosum. Motus a positivo in positivum exercetur, quando manus v.g. transit de frigida in calidam; sicut etiam exercetur, quando materia de facto transit, ab una forma substantiali, quam amittit, ad aliam formam substantialem, quam denuo acquirit.

7. Rogabis ad extremum; an motus gravium, et levium producatur a generante gravia, et levia. Thomistae fere omnes affirmant, docentque quod, motum illum, quo lapis deorsum vehitur, fieri a generante lapidem, et motum, quo ignis sursum petit, produci a generante ignem.

Reo 1°; motus quo lapis deorsum movetur non producitur immediate a generante creato lapidem; dixi creato; quoniam de increato dubium procedit, certum quippe est causam primam immediate producere, quidquid increatum immediate producit prout sic; non semper, quando movetur lapis deorsum, agens creatum quod genuit lapidem, non est in rerum natura, causa enim existens nequit immediate producere aliquem effectum; ergo motus ille, quo lapis deorsum petit, non producitur immediate a generante lapidem. Reo 2°; motus ille mediate producitur a generante lapidem. Probatur; motus ille immediate producitur a lapide ergo mediate producitur a generante lapidem. Patet consequentia, nam illa est causa mediata effectus alicuius, quae immediate causat causam eiusdem effectus; sed generans lapidem immediate producit lapidem, qui causa est illius motus; ergo generans lapidem mediate producit motum lapidis. Cap. 3 de varietate motus.

Cap. 3.

de varietate motus.

1. Varietas motus effectivi, est mutua pugna physica, quae exercetur inter productionem unius qualitatis in subiecto, et productionem alterius qualitatis contrariae in eodem subiecto. Quoniam actiones, quibus producuntur formae contrariae inter se opponuntur, quia ipsae formae pugnant inter se, productio enim caloris intensi in subiecto et productio frigiditatis intensae in eodem subiecto, ideo pugnant ad invicem; quia calor intensus, et frigiditas intensa pugnant ad invicem. De varietate huius motus agitur a Philosophis in libris de generatione et corruptione,

sive

sive de orte, et interiori, quæ de hujusdi tractatione modo duximus supersedendum.

2. Itaque solum hic à Doctoribus excitatur difficultas quædam de motu locali, an videlicet eadem res de facto moveri possit simul duplici motu contrario, vg. inducens simul partes oppositas, videlicet Orientem, et Occidentem versus? Resolo; Entitas quæ de facto potest naturaliter occupare plura loca, et inter se distantia Angelus vg., et anima rationalis potest simul moveri duplici motu locali contrario, uno versus Occidentem, vg., et alter versus Orientem. Probatur; nulla est difficultas in eo, quod una res simul moveatur duplici motu locali contrario, præveniens ex eo, quod si la res movere acquireret simul duplices locos, et inter se distantes, sed hæc difficultas nulla est in entitate, quæ simul occupare potest duplices locos inter se distantes; ergo entitas quæ potest occupare duplices locos potest simul moveri duplici motu locali contrario.

3. Probatur 2º ab experientia; anima rationalis potest tota est in manu dextra, et tota simul est in manu sinistra: Sed tunc si quando aliquis simul moveat manus dextram Orientem versus, et sinistram Occidentem versus, anima illius movebitur simul duplici motu locali contrario; sed vir de facto naturaliter potest eo modo manus movere, de facto quod sæpe movet; ergo anima rationalis potest naturaliter simul moveri duplici motu locali contrario. Constat, quod in ista experientia nulla difficultas relucet explanda, quoniam non est maior difficultas, quod anima rationalis simul naturaliter acquirat plura loca inter se distantia, quam in eo, quod simul sit pluribus in locis distantibus; sed anima rationalis naturaliter simul occupat plura loca distantia; ergo naturaliter potest simul acquirere plura loca distantia.

4. Resolo 2º; entitas, quæ nequit naturaliter occupare simul duplices locos, vg. corpus physicum, nequit naturaliter moveri simul duplici motu contrario. Probatur 2º; nam si moveri simul posset duplici motu locali contrario in Orientem, vg. et in Occidentem, acquireret naturaliter duplices simul locos, sed nequit ea res, de qua loquimur naturaliter acquirere duplices simul locos; ergo. Maior est certa; minor etiam, nam ea res, quæ nequit simul naturaliter duplices locos occupare, nequit naturaliter acquirere simul duplices locos. Dices, si vir navi deferatur, et navis Orientem versus tendat, nihilominus poterit vir se movere à rostro in puppim navis, idem, Occidentem versus, ecce tunc vir naturaliter movebitur simul duplici motu locali contrario

9ᵃ xio in Orient, impulsu navis in Occidente ꝑprio impulsu. Ohic diffali fale occurret. Reorgil in illo casu minime movendy sal duplici modu. 9ᵃ xio, I. qd Dux a Poutre in puppi conat se movere impetu intens. ori igm navis ipsa movet, I. impetu remissiori, I. æque intenso, I. æque intenso i sit intensiori. Prius tantumodo in Occidente movebit ꝑprio impulsu, quoniq eo plus accedet, si remissiori tantumodo, in Orient movebit, et minus velociter, qm navis, ob resistentiq, qua Dux navis impetui resistit, et conatur se in Occident movere; si æque intenso, prius in eodj loco intro manebit. Liber 6us Phicorum.

LIBER VI PHORV̄.

I. Dubiu é apud Phos, etiq Peripateticos, an liber iste sit Aristicus, qq plures enim existimant immerito tribui Phoi neg dabant ste fuisse quoniq in hoc libro plura de motu discutiunt, qq Phus alibi disputaverat. Nos aut nihil de mote in hoc loco vel textus disputabitur, ut quidem motu superiori libro usq di, et usq tractavenimq. Solu qd rst superest de movente lº sermo, sive de rexa 12 cap. 19. quid tractabit in methaphay de lº ente sermo redierit; quapropter gradu faciamus ad Libru septimu Phicq Auscultationis. Liber 7 Phicorum. Tractatus unicus de rerum initiis, ac desitionibus. Disp. 1ᵃ. V. mundus fuerit ab æterno?

LIB. VII. PHORV̄.

TRACT.⁹ VNICVS.

de reru initijs, ac desitionibus.

DISP.º Iᵃ.

V. Mundus fuerit ab Æterno?

1. Phus in hac parte egregie deceptus e, existimavit enim mundum ab aeterno fuisse, et rog subdit, quoniam Deus operat ex necesitate rei, quia n. potuit p[er] infinitum tempus abstinere ab isto[?] mundo. Probat ergo, quia causa, quae naturalis seu ex necesitate rei operat, quandocunque expectatur ad operandum, operat, s. Deus operat ex necesitate rei, semper quod fuit expeditus ad operandum: ergo semper operatus e, ergo n. potuit cessare ab operando. Displicet Phus in dicto, et magis in fine dicti, debuit enim scire Deum O. M. Max. esse causam om[n]ium perfectissimam in operando ad extra, et in modo operandi, contra quod n. esse causam naturalem, s. liberam in producendis creaturis. Contra optime opinatus e Alexandrinus [illegible], et cu[m] eo tota fere Graecia, Anaxagoras, Democritus, Pythagoras, Plato, Copernicus[?], Plinius, et alij.

2. Ex nativa fide sancta e, quod V. d. mundus hic n. fuerit ab aeterno. Testatur veras[?] ista Sacra Scriptura ubi incipit. In principio creavit Deus caelum, et terram. Videamus quibus fundamentis Phus sibi persuasit mundum ab aeterno extitisse, et eorum solutione veras Chatholica maneat in Russia[?], arguit 1°, si motus aliquando fuit nulla fenus[?], ideo n. fuit, et caepit aliquando esse, 1. movens caepit esse, 2. n.; si movens caepit, ubi quid per motum caepit esse, et cond., qui dicebat 1° motus n. fuit 1°, si movens n. incaepit esse, s. semper fuit, absurdum e, quod propter infinitum tempus cessaverit a motu, quoniam nulla posset assignari ratio propter quam modo incaeperit motus, et n. antea. Nego si movens, id e Deus Opt. ab aeterno fuisse, itaque ab aeterno extiterit, et infinitum tempus sine operatione aliqua ad extra, in quo nil absurdi e, 1o. si petas, cur Deus in initio huius mundi operari caeperit, et n. antea, nulla e alia quaerenda ratio propter Dei libitum, e enim proprium agentis liberi, q. in operando possit eo pro suo velle[?], itaque ideo tunc Deus operatus e, et n. antea, quia ita libere voluit.

3. Arguit 2° Phus. Tempus fuit aeternum: ergo e motus. Probans, quia si tempus incaepit; ergo antea n. fuit, ergo fuit

antea

antea (idest, fuit, istud quod signatur per ly antea), scilicet quod signatur per ly antea, est tempus; ergo illud tempus fuit antequam inciperet tempus. Illud tempus aeternum fuit: Respondeo negando antecedens, ad cuius probationem, verum quod si per ly antea tempus aliquod signetur, non bene infertur: tempus incepit quod antea non fuit: sed solum infertur: tempus incepit quod non perstans. Ratio est, nam haec propositio antea non fuit tempus, aequivalet huic, prius quam inciperet tempus erat aliquod instans temporis quod vocatur antea, et in illo tempus non fuit, quae quidem propositio est falsa, minime quod infertur ex eo quod incepit tempus. Secundo vero propositio haec, (vel, c.), non fuit antea tempus aequivalebit huic, scilicet ante inceptionem temporis, nullum instans erat, quod antea vocari posset, in illo tempus non fuit, quod quidem verissimum est. Atque quomodo ex eo quod tempus incepit non infert absurdum, quod Philosophus inferre intendit.

Disputatio 2a

An Mundus potuerit ab aeterno esse quoad res permanentes?

Caput Primum

affirmativa sententia

1. Res permanens dicitur, ea cuius omnes suas partes simul existentes habet, successiva res dicitur ea, quae non habet omnes suas partes simul existentes, sed aliquas priores, et aliquas posteriores. Primi generis sunt Coelum, et elementa, Petrus, Bucephalus et c. Secundi generis sunt Coelestes motus, Unaquaeque de series generationum et c., cumque res, quibus constat mundus, scilicet sint permanentes scilicet successivae, oportet singulatim disputare, prius an mundus potuerit esse ab aeterno, quoad res permanentes, et posterius, an potuerit esse ab aeterno quoad res successivas, nam in 2o, maior videtur esse difficultas, quam in 1o.

2. Nostra conclusio sit: mundus hic potuit existere ab aeterno quoad res permanentes. Probatur 1o; Angelus potuit existere ab aeterno: ergo et c. Antecedens probatur, nam in eo nulla repugnantia datur scilicet contradictio: ergo Deus potuit ab aeterno creare Angelum. Probatur consequentia, quia divina potentia potest quod quidem non implicat

contradictionem

contradictionem. Confirmatur 1°: Deus ab aeterno habet potentiam expeditam ad creandum Angelum: ergo si voluisset, eum ab aeterno crearet. Consequentia patet, sicut voluntas libera, quae habet potentiam expeditam ad operandum, si velit, operabitur; quod autem Deus habuerit ab aeterno potentiam integram sibi, et expeditam ad creandum Angelum, manifestum est. Confirmatur 2°, apparitione satisfaciendo; Deus potest conservare Angelum, etiam in aeternum, et ipsum conservabit, ut fide divina constat: ergo etiam potuisset Angelum ab aeterno creare; neque ergo adversarii, quae disparitas est in eo, quam in 1°; nulla mihi difficultas videtur esse, neque illam adversarii inveniunt, neque invenire possunt.

3. Rogabis 1°, an 3° praecedens intelligendum sit. Respondeo negative. Respondeo nullam esse aliam rationem nisi quod Deus potuit concurrere, seu creare Angelum, qui quidem Angelus libere peccaret ab aeterno, itaque peccatum eius physice concurreret per Deum simul et per Angelum, in quo nullum invenire possum inconveniens, neque illa est ratio implicationis, neque contradictio, neque quod peccatum Deo tribueretur; neque sicut Deus potest in tempore concurrere cum Angelo ad peccatum, quin Deus sit causa moralis peccati, ita similiter potuit concurrere ab aeterno cum Angelo ad peccatum, quin Deo tribueretur peccatum tamquam causae morali. Rogabis 2°, an res permanens, Angelus v.g., qui de facto productus, potuit creari ab aeterno, per eandem actionem, qua modo creatur. Respondeo affirmative, quia eadem actio conservari, et indifferens est ut maiori, vel minori tempore duret; ergo eadem actio potuit fluere a Deo ab aeterno. Confirmatur, quia ipsa non petit tempus, sed durare; sicut aliquid durat per annum solum, cum in annos plures durare posset, quia illi est per accidens plus, vel minus durare. Confirmatur, eadem res in tempore v.g. idem equus, qui producebatur in tempore, potuit existere ab aeterno; ergo eadem actio individualis, qua producitur in tempore, potuit ab aeterno existere. Confirmatur neque enim actio plus petit incipere, quam equus. Confirmatur denique, quia sicut nullum repugnantiae dependentia est, ut hic equus de facto in tempore productus existerit ab aeterno, ita similiter nulla repugnantia est, ut haec actio, qua equus iste productus, a Deo fluxerit ab aeterno.

Cap. 24

Argumentorum Solutio.

1. Obiiciés 1°; si aliqua creatura duraret ab aeterno, esset

aeterna

esset æterna sicut Deus, implicat creaturam, sicut Deus æternam; ergo implicat creaturam ab æterno durare. Probatur maior, implicat creatura Deo æqualis in duratione; sed creatura, quæ esset æterna sicut Deus, esset æqualis Deo in duratione; ergo implicat creatura, quæ sit æterna sicut Deus. Confirmatur, si esset possibilis creatura æterna, esset immensa; implicat creatura immensa: ergo etc. Respondetur distinguendo maiorem, si aliqua creatura duraret ab æterno esset æterna sicut Deus, et esset æqualis Deo etc. maior in similitudine perfecta; non maiorem, aliquali, et imperfecta, quasi similitudine concedo maiorem. Similiter distinguenda est minor. Ad probationem minoris, distinguo maiorem; creatura illa esset æqualis Deo in duratione, quæ est proprium attributum Dei, nego maiorem; esset æqualis Deo in duratione, quæ proprie dicitur esse , concedo maiorem.

2. Explicatur solutio tradita, creatura illa æterna longe distaret a Deo, etiam si esset æterna, 1° quia Deus per se, et a se est æternus, at vero creatura illa per accidens et ab alio esset æterna; hoc est, Deus haberet æternam durationem a seipso, creatura illa duraret ab alio, idest, dependenter a Deo conservante. 2°; Deus ratione est æternus, idest, metaphysice necessario æternam duret, et coexistat omni tempori, et repugnat, si ponatur contrarium, quin æternam duratio, nec solum indeterminata, sed etiam indelebilis, ita, quod implicet contradictionem eius durationem tradi; creatura vero, quæ ab æterno duraret, non haberet durationem indelebilem, posset enim eius duratio deficere, consequenter quin esset ab æterno, itaque illa creatura contingenter ab æterno existeret, non ratione; solum quod haberet durationem infinitam, non intrabilem, unde creatura illa haberet durationem longe dissimilem ab æternitate divina, solum quod aliqualiter quasi similem in eo, quod sicut existentia Dei indeterminata est a parte ante, ita existentia illius creaturæ esset indeterminata a parte antea.

3. Unde restat creaturam illam non habituram æternitatem qualis est æternitas illa, quæ attributum est Divinum, etiam Deus est æternus ab æternitate sibi intrinseca, a sola, et existentia, quæ petit essentialiter æternam durare, et talis est, quæ metaphysice necessario æternam duret per seipsam, itaque implicet contradictionem ipsius existentiæ, eius durationem deficere, quam quidem qualitatem haberet creatura illa, quantumvis supponatur æternam durasset, nam contingenter durasset. Ad confirmationem similiter nego implicare creaturam, quæ sit immensa sicut Deus immensus est, hoc est, immensitate tali, qualis est immensitas, quæ proprium attributum Dei est, non vero immensitate, quæ proprie dicatur correspondentia spatio infinito cuicumque, si spatium daret, itaque Deus immensus est, non solum quatenus correspondet spatio infinito cuicumque

cuicunque, si forte daret; itaque impleret dictionem Deus non coexistere actu aliter cuicunque spatio possibili, si forte daretur; at vero creaturam, quae coexisteret spatio infinito si forte daretur, contingenter ipsi coexistit, non tamen metaphysica necessitate; nam creatura illa contingenter existit, posset que non existere. Unde fieret quod contingenter coexisteret spatio infinito, non autem necessario, etiamsi supponeretur spatium infinitum existens, quod quidem contingere posset, quia creatura illa non existeret, consequenter non coexisteret actualiter spatio infinito, etiamsi hoc supponeretur existens.

4. Obiicies: Nequit Deus destruere creaturam ab aeterno, ergo nequit Deus creaturam ab aeterno producere. Respondeo concedendo antecedens, et negando consequentiam. Ratio discriminis est, quia in primo involvit contradictionem, non autem in secundo. Contradictio quae in primo involvitur, haec est, omnis destructio rei, omnis destructio rei supponit essentialiter inquantum talis esse ipsius rei immediate praecedentem; nam solum dicitur destrui, quod immediate ante fuit; nam si destructio unius rei ab aeterno fuisset, ante destructionem supponeret esse alicuius rei praecedens, ergo supponeret existere praecedens totam aeternitatem: ergo supponeret res existens, ante totam aeternitatem, sed implicatorium est quod res existat ante totam aeternitatem; ergo implicatorium est quod destructio unius rei ab aeterno fuerit.

5. Instabis: in quolibet die aeternitatis potuit esse destructio eiusdem rei: ergo ab aeterno. Respondeo concedendo antecedens, et negando consequentiam, nam quilibet dies aeternitatis designetur, talis erit, quem immediate praecesserit alius dies, consequenter implicatorium non erit, quod in die quolibet aeternitatis designato potuerit esse destructio eiusdem rei: [illegible]. Instabis iterum; in omnibus diebus aeternitatis potuit esse destructio eiusdem rei: ergo ab aeterno. Probatur: nam omnes dies aeternitatis sunt tota aeternitas: ergo si in tota aeternitate potuit esse destructio eiusdem rei, ergo etc. Respondeo distinguendo maiorem; in omnibus diebus aeternitatis simul potuit esse destructio eiusdem rei, nego antecedens; in omnibus diebus aeternitatis collective potuit esse destructio eiusdem rei; [illegible] concedo antecedens. Distinguo similiter minorem, omnes dies aeternitatis collective sumpti sunt tota aeternitas, concedo; distributive sumpti, nego antecedens.

6. Replicabis: ergo in omnibus diebus aeternitatis divisive potest destrui eadem res; destruatur ergo in omnibus diebus aeternitatis divisive, siquidem potest,

sed si

5. Si destructa fuerit in omnibus diebus divisive, destructa fuerit die A et etiam destructa fuerit die B, et die C destructa, et sic de reliquis: quod destructa ab aeterno. Sed dico secundo communis, superius explicando ly divisive, ut occurrat plurimis paralogismis: quod in omnibus diebus aeternitatis divisive destrui possit eadem res divisive, in qua, divisione distributiva, et exclusiva; concedo copulatam divisive et divisive suppositionis logicae in oculo. Explico distinctionem, saepe saepius monuimus tropos istos, divisive, simul, dupliciter accipi posse, 1o, ita quod ly divisive supra divisionem divisivam, et exclusivam appellet, et ly simul supra simul tantum distributivam.

7. 2o, itaque ly divisive denotet suppositionem logicam distributivam et ly simul denotet suppositionem logicam collectivam, quam sortiuntur termini affecti per ly simul, et per ly divisive. Exemplis res clarior fiet. Sit ergo, omnis homo divisive cucurrit, duplex sensus, quoad ly divisive haberi poterit, 1o, itaque appellet supra divisionem distributivam, et exclusivam, in quo sensu, descensus ita fieri debet, Petrus cucurrit, et quod Petrus cucurrit, nullus alius homo cucurrit, et Paulus cucurrit, et quod Paulus cucurrit nullus alius homo cucurrit, et sic de reliquis. In quo sensu falsa erit propositio, immo seipsam falsificans. 2o itaque ly divisive cadat supra divisionem suppositionis logicae, hoc est, denotet suppositionem logicam distributivam, quam supponit terminus omnis homo, in quo sensu vera erit omni homine currente, descensus quod hic erit, hic homo cucurrit, et ille homo cucurrit, et sic de reliquis.

8. Similiter ista propositio, omnis homo simul cucurrit, duplex sensus haberi potest, quoad ly simul, 1us, itaque ly simul appellet supra simultatem distributivam cuius sensus erit descensus sit Petrus cucurrit, et quod Petrus cucurrit, etiam Paulus cucurrit, et Franciscus cucurrit, et sic de reliquis, et quod Franciscus cucurrit, reliqui homines cucurrerunt etc, in quo sensu omnibus hominibus in eodem tempore currente vera erit. 2us sensus, itaque ly simul appellet supra suppositionem logicam, hoc est, denotet suppositionem collectivam, quam terminus omnis homo supponit, in quo sensu aequivalebit huic, multitudo omnis cucurrit hominis, et vera erit, si omnis homo curat in eodem tempore. Exemplo alio res adhuc erit clarior. Propositio ista, partes compositi cadunt compositum divisive, si ly divisive appellet supra divisionem distributivam, et exclusivam, erit falsa propositio, et implicans seipsam, nam aequivalebit huic, materia 1a cadat compositum, et quod materia cadat, neque forma cadat, neque forma cadat, neque unio cadat compositum, et forma cadat compositum, et quod

forma

fra caat oposity, neq ma, neq Vnio caat oposite, Et Vnio caat oposity, et q^do Vnio caat oposity, neq tra neq fra caat oposity. q^d quidsimplat tru, si v^o ly divise solu denotet supp^m loga distribu, quã supponit hus illa partes oposit, verax erit, Et equivalebit huic, ma caat oposity, et fra caat oposity, Et Vnio caat oposity.

9. Prob^a hec pp^o; p^tes oposit sul caant oposity, si ly sul solu denotet simultat obtivu temporis in chando, xoe cuius in eodē temp^re unaqueq pars caat, n aute sultaneitu supp^is logi, hoc e n denotet supp^m collectivu, quã trus partes supponit, verax erit, illiusq suf hicerit, ma caat oposity, Et q^do ma caat etiā fra caat, Et etiā vnio caat, Si ṽo ly sul denotet sultaneitu supp^s logi, hoc e denotet supp^m collecti^m, quã trus partes supponit, falsa oio erit, illiusq suf hiceret, io^d parts ist^s vel^t oposit caā [illegible] collectioni partiu oiu ipsiq oposit, q^do quidē oio falsu, Et implatoriy e, Vt satis Ostat ex dictis de caā aquat^e. Ex dictis colligit, q istetrus divise, sul, etiā cent equivocat^e sabcaant.

10. Veniamus ergo ad illā ppōm, p cuius explatione Et sil^s pp^s hec oia premisimus, pp^o hec erat: in oib^s dieb^s eternatis divise potuit ee destructio rei, que quidē Ocasa e andis, vbi Osulto n addi-divise potuit ee destructio rei, que quidē Ocasa e andis, vbi Osulto n addi-dimus trus divise, trus sumptis hac xoē, in oib^s dieb^s eternatis divise sumptis potuit ee destructio rei. Nec Videret trus divise appellare supra supp^m loga distribu Oxvitu sumptis superadditi s^d solu supra distrib^e obtivu, et Exclusivu, in quo su verax e, illiusq suf hicerit in die A potuit fieri destructio rei, itaq^e n etiā in oib^s reliquis eternatis dieb^s fuerit destructio rei. Et in die B potuit ee destructio rei, itaq^e n etiā in oib^s reliquis eternatis dieb^s fuerit destructio rei, Et in die C etc. Non aliter sumi debet hec pp^o, vt verax sit, amor, et odiu eiusdē obti divise pt Exere in vdate Dei. Cuius descensus hicerit, amor vnius obti pt Exere in inta Dei divisus ab odio eiusdē obti, hoc e, itaq^e n etiā in eodē tempore

in

in quo existit amor in instanti, existit odium eiusdem obiecti, et odium unius obiecti est exercendum in instanti diviso ab amore eiusdem obiecti, hoc est, itaque non in eodem tempore, in quo est odium unius obiecti in instanti, sit etiam amor eiusdem obiecti.

11. Replicabis denique: Deus potuit ab aeterno applicare ignem stupae, sed tunc ignis destruxisset ab aeterno stupam; ergo stupa potuit ab aeterno destrui; ergo ab aeterno destrui. Patet, concedendo maiorem, et negando minorem, ad est, neque e converso. Supponatur ignis applicatus stupae ab aeterno; stupa, et ignis supponuntur ab aeterno coexistisse; ergo supponitur per infinitum tempus coexistisse; ergo supponitur per infinitum tempus coexistisse; ergo supponitur Deus per infinitum tempus non praeexistisse concursum igni ad destruendam stupam; quinimo Deus non potuit ab aeterno concurrere cum igne ad destruendam stupam, quia non potuit concurrere ab aeterno ad destructionem stupae; nequit enim Deus concurrere ad id, quod implicat contradictionem, sed stupa destructa ab aeterno implicat contradictionem, ut constat ex dictis, neque supponitur stupa existisse ante totam aeternitatem; ergo nequit Deus concurrere ab aeterno ad stupae destructionem; ergo si semel supponatur ignis a Deo applicatus stupae, debere supponi per infinitum tempus coexistisse stupae, quin stupa, contra quod quin destrueret stupam.

Disputatio 3a

An Mundus potuerit ab aeterno existere quoad res successivas

Caput 1um

Disputationi respondet

1. Sit 1a conclusio: Series infinita, et successive fluens generationum potuit esse ab aeterno: Sic potuit fieri, si Deus ab aeterno crearet infinitos Angelos, cum successione, et ordine, itaque quilibet suae dilectionis

tantum

tamen finito tempore durabit, ince[illegible] aliquando, et aliquando finierit, seu ante quemlibet designatum, alius creatus fuerit a Deo. Et contra hunc etiam alius, imo etiam in infinitum Angeli creati fuerint a Deo sine ullo datur ejusdem serie Angelorum infinita, in qua non daretur aliquis Angelus creatus, qui esset primo productus ante reliquos Angelos [illegible] hec [illegible] potuit fieri ab aeterno; totaque [illegible] series potuit esse ab aeterno. Et ratio huius consistentiae est quia in eiusdem serie ab aeterno successive fluente nulla datur contradictio. Ut etiam constabit ex argumentorum solutione infra exhibenda.

2. Secundo potuit fieri quod Deus ab aeterno produxisset unum par hominum, Adamum, videlicet, et Evam, et ab illis in infinitum series producta fuisset filiorum sine ullo initio, itaque nullus assignari posset filius primo genitus, seu ante quemlibet filium esset alius progenitus. Contra clarum aliquod [illegible] quae supra diximus, [illegible] non potuit [illegible] infinita generationum ita esse ab aeterno, quod Deus ab aeterno unum par hominum produxisset, scilicet Adamum et Evam, et ab illis productum fuisse aliud determinatum par hominum, et ab hoc aliud determinatum par hominum. Et ratio est quia illud par hominum ab aeterno productum a Deo, seu productum [illegible] par hominum ab aeterno [illegible] dicatur ergo secundum illud par determinatum hominum ab aeterno existit, et coexistit ab aeterno primo parenti, ergo illud [illegible] par [illegible] ergo illae duae generationes non fuerunt factae successive una post aliam successione temporis; sed ambae simul [illegible] ab aeterno. Rursus [illegible] illud determinatum par hominum, seu productum fuit a secundo ab aeterno seu non? si non dicatur ergo [illegible] illud par ab aeterno existit, quod ab aeterno coexistit secundo, et primo; ergo tres illae generationes sub ab aeterno existentia, ergo non fuerunt factae successive una post aliam successione temporis, et sic de reliquis omnibus generationibus poterit [illegible] in infinitum. Si vero dicatur quod [illegible] par hominum non fuit ab

aeterno

aeterno produci a Deo, sed in tempore, quo interfuerint generationes, Et generationes hodie factae non sunt infinitae generationes successive fluentes successione temporis, quod tota illa series generationum esset infinita. Consequens manifestum, nam a generatione 2.a usque ad hodiernam sunt finitae tantum generationes: et ante 2.am generationem tantum datur 1.a pars hominum.

3. Sit 2.a conclusio: ab aeterno potuit Deus movere successive per infinitas caelorum girationes, quae constituerant infinitos dies et infinitas noctes, itaque ante quemlibet diem designatum praecessisset nox, immo et infiniti dies, infinitaeque noctes praecessissent, et ante quamlibet noctem designatam dies praecessisset, immo et infiniti dies, infinitaeque noctes. Conclusio haec patet ex eo, quod nulla implicatio apparatur in eo sit. Et 2.o apparet satisfactione desumpta ex aeternitate a parte post. Possent enim infinitae caelorum gyrationes successive fluxu perpetuo aeternitatis futurae, quae constituant infinitos dies, et infinitas noctes in aeternum futuras, itaque quilibet dies designetur, post illum succedat nox, immo et infinitae noctes, infinitique dies succedant, et post quamlibet noctem designatam superesset dies futurus, immo et infiniti dies et infinitae noctes superessent futurae, quin deveniretur ad ultimam diem, aut ultimam noctem; quod similiter non implicat, quod ab aeterno fluxissent infinitae caelorum gyrationes constituentes dies infinitos, infinitasque noctes, ceteraque, quae supra designata sunt.

CAP. 23.

Obiectionibus satisfit.

1. Obicies 1.o contra superiores assertiones, in quibus docuimus potuisse a Deo produci ab aeterno unam partem hominum determinatam, in quo immediate per totam aeternitatem producti fuissent infiniti filii, inter quos non daretur aliqua generatio 1.a tempore, et ante tempora reliquas omnes. Obicies, inquam, 1.o, omnes

ho

hoc prius tempore concipit, quam nascit, ergo aliqui homines, quos ab aeterno dicimus esse productos, prius tempore concepti fuissent quam nati, ergo conceptus tempore praecessissent nativitatem; ergo nativitates illorum hominum non fuissent ab aeterno; neque enim ab aeterno fuit id quod praecessit tempore aliquid aliud. Patet ergo illud partum a Deo productum ab aeterno non prius esset conceptum, quam natum; si ab aeterno erant quin conceptus esset ex aliqua muliere, sic loquar, deinde tota series filiorum productorum immediate ab isto primo partu hominum, quilibet filius designetur prius incipiebat, quam nasceretur, in quo nullum est inconveniens, nam quilibet filius illius seriei designetur, incipiebat esse in tempore, et in tempore desinebat esse.

2. Instabitis; ergo tota collectio conceptuum tempore fuit prior tota collectione nativitatum; ergo neutra collectio fuit ab aeterno. Probatur consequentia, nam collectio nativitatum esset tempore posterior collectione conceptuum, unde tota collectio nativitatum esset in ipso exordio in tempore, deinde tota collectio conceptuum nequit praecedere totam collectionem nativitatum nisi per unicum conceptum; alioquin filii prius essent concepti, quam aliqui nati esse, quod est contra suppositum; ergo etiam tota collectio conceptuum esset incipere in tempore. Negando consequentiam, esset enim tota collectio conceptuum ab aeterno, et tota collectio nativitatum ab aeterno, itaque in infinitum, in filiis conceptus essent alii aliis immediati ab aeterno.

3. Quomodo nasci possit illa consequentia. Ut nasci debeat manifestum erit, si advertitis ita in adversarios retorqueatur ex aeternitate a parte post hac ratione: possessunt infiniti generationes in aeternum successive fundari, ergo tota collectio conceptuum erit tempore prior tota collectione nativitatum; ergo tota collectio conceptuum deficiet in tempore, quod finita erit; ergo etiam tota collectio nativitatum finita erit, patet consequentia, nam si series illa incipiat inclusive a conceptu generationis hodiernae numerus conceptuum excedet numerum nativitatum per unum tantum conceptum videlicet hodiernum, si vero incipiat ab ortu

hodierno

hodierno inclusive, tota collectio orbium excedet collectionem deceptionum; si vero finitum tantum, ut a t hodiernum; ergo tota collectio orbium finitum tantum excedet collectionem deceptionum, si tota collectio orbium erit tempore posterior tota collectione deceptionum; ergo tota collectio deceptionum finita erit; ergo etiam collectio tota nativitatum finita erit, siquidem haec non excedet per infinitum collectionem deceptionum, sed per finitum tantum, quid ergo rebus? nativitas certe igitur illo loco et optime, sicut an nobis natura in sili finita circa aeternitatem a parte ante, et propter eandem rationem.

4. Obies 2°; si possibilis esset successio illa infinita, daretur in illa serie 1a generatio, et ultima, implicat in serie infinita generationum successiva, dari 1a, et ultima generatio, ergo etiam illa series infinita generationum implicat. Maior probatur, nam 1° illud parentum a Deo productum ab aeterno esset 1a generatio, et hodierna generatio esset ultima, ergo etc. Respondeo distinguendo maiorem quoad 1am partem, 2a enim pars vera est, daretur in illa serie 1a generatio, quae 1a esset prioritate temporis, nego maiorem, quae 1a esset prioritate originis, concedo maiorem. Itaque si 1um illud par hominum a Deo productum ab aeterno comparetur cum tota collectione illa filiorum, esset prius prioritate originis, seu causalitatis tota collectione filiorum, esset enim causa totius collectionis, non autem esset prius prioritate temporis collectione illa filiorum, quia nullum tempus in tota aeternitate praeterita designaretur, in quo solum illud 1um par hominum a Deo immediate productum existeret aliquis filius ab ipso genitus, et quidem cum quovis tempore in tota illa aeternitate praeterita designaretur, in quo praecessissent infiniti filii geniti, si vero illud 1um par hominum comparetur cum quolibet filio a se genito, esset illo prius tempore, et origine, nam quilibet filius designaretur esse incipiebat in tempore atque in tempore desinebat esse. Unde 1um illud par hominum esset prius tempore, et origine omnibus filiis collectionis illius distributive sumptis; non autem esset prius tempore omnibus collective sumptis, sed tantum origine.

5. Obies 3°

5. Obies 3° : in tota illa collectione generationum, quae exstitere ab aeterno, generationes istius collectionis aliquae extiterunt ab aeterno. Resp. concedendo antecedens, et negando consequens; neque enim bene valet, quia hoc devenit par a collectione distributive sumpta ad collectionem in qua bene valet in omni genere praedicatorum, quae praedicata quae dicuntur de collectione, quae debent collectioni indistincte sumptae, non tamen partibus eiusdem collectionis seorsim sumptis competunt. Patet hoc uno, et altero exemplo. 1°: septem dies durarunt integram hebdomadam, neque tamen aliquis septem dierum duravit integram hebdomadam. 2° possunt in infinitum generationes in aeternum succesive fluxere, dato quod Deus velle succesive producere in infinitum omnes generationes, verum erit quod tota illa collectio generationum in aeternum duravit, et tamen falsum erit, quod aliqua generatio illius collectionis in aeternum duravit.

6. Obies 4° adversus id, in qua statuimus esse possibilem motum temporis ab aeterno succesivum; si daretur motus ab aeterno succesivus, sub destrueret et produceret, implicat vero sub produci ac destrui, ergo implicat motus ab aeterno succesivus. Probo maiorem: motus ille ab aeterno producebatur, et a se tamen destruebatur; ergo etc. Antecedens 1° pars vera est, quia sic ita supponi necesse est, ut motus ille ab aeterno fluat. 2° pars probatur, quia produci motus iste non esset antiquius quam destrui, neque enim ulla pars illius motus designaretur, quae non supponeret destructam aliam partem; ergo etc.

7. Resp. distinguendo maiorem; si daretur motus ab aeterno succesivus, sub destrueret et produceret, secundum easdem omnino partes non maiorem, secundum diversas partes concedo maiorem. Similiter distinguendo minorem; implicat vero sub destrui ac produci secundum easdem omnino partes, concedo minorem, secundum diversas partes, nego minorem; itaque ille motus secundum plures sui partes succesive produceretur, et secundum easdem succesive destrueretur ab aeterno;

haud

haud, itaque unaquaeque pars pro eodem tempore destrueretur, ac produceretur, sed pro diversis temporibus, quod certe contingit in ente quolibet successivo, in eodem enim tempore, quo fuit hora destructa successive, et producitur successive, una pars horae destruitur, statim 2a pars producitur, et haec destructa, ubi 3a pars producitur.

8. Obiicies 5o: si Sol motus fuisset ab aeterno in orbem, vel produxisset lucem ab aeterno in hoc emisferio solum, vel in altero solum, vel in utroque, vel in neutro; quodlibet quod dicatur implicat; ergo. Patet minor, quod Sol ab aeterno produxisset lucem in hoc emisferio, et ab aeterno produxisset lucem in hoc emisferio, et ab aeterno produxisset lucem in altero emisferio, in quo nullum est inconveniens, quod non produxisset lucem semper, idem, sine intermissione in hoc emisferio, neque semper, idem, sine intermissione produxisset lucem in altero emisferio, sed alternatim in utroque ab aeterno, itaque nullum tempus designari posset, in quo Sol emisferium utrumque illuminaret, nulla quoque illuminatio huius emisferii, designari posset, quam non praecessisset illuminatio alterius emisferii. Et nulla illuminatio alterius emisferii designari posset, quam non praecessisset illuminatio huius emisferii, et sic ab aeterno.

9. Obiicies 6o: aeternitas est tota simul; ergo non possunt praeteritis esse priores et posteriores motus ab aeterno successive. Patet distinguendo antecedens, aeternitas sumpta pro intrinseco attributo Dei, est tota simul, concedo antecedens, aeternitas sumpta pro tempore infinito, vel pro infinita serie durationum, per quas res creata durat, est tota simul, nego antecedens. Explicatur distinctio: aeternitas sumitur dupliciter, primo pro attributo aeternitatis ipsi Deo intrinseco, per quod Deus dicitur ab intrinseco, et essentialiter aeternus, quo quidem aeternitas est ipsa entitas divina, talis ab intrinseco sua essentia quae petit aeternum durare, et quae metaphysice necessario semper duret, numquam quae desinat, et coexistat cuicumque aliquo, quod supponatur extra Deum existere. Et propterea aeternitas in acceptione ista non habet partes, et partes successivas et fluentes, sed erit tota simul Deo competens, et ab aeterno existens, quippe quae

nihil est

nihil est aliud, quam ipse Deus. 2°, aeternitas sumi potest pro aeternitate creata, hoc est, pro infinita serie durationum, per quas entia creata durant, in quo sensu aeternitas habet tota simul existens; neque fuit, aut erit tota simul; sed partes habet, et partes successive fluentes. Omittimus in praesenti referre argumenta non nulla, quae Arriaga ... contra motum absolute successivum, quia non sunt eadem prorsus cum illis, quae supra proposuimus ab eodem Auctore desumpta, circa possibilitatem instantium specierum, se se in infinitum excedentium in perfectione, propter quod ibi soluta maneant a nobis, unde facile adaptabit quisque solutiones illas argumentis instantaneis, pro presenti modo.

Disp.o 4a.

de terminis durationis, parvitatis, et magnitudinis rerum.

1. In re qualibet, saltem permanenti, quae in tempore incipit esse, in tempore que desinit, potest eius inceptio, desitioque dupliciter considerari. Primus modus incipiendi est per instans intrinsecum, vocatur que inceptio rei per primum sui esse, quod videlicet, rem primo esse, verificetur quae modo esse, et immediate antea non fuit. Secundus modus incipiendi est per instans extrinsecum, qui quidem modus dicitur inceptio rei per ultimum sui non esse, in eo videlicet instanti, in quo verificatur, modo non esse, et immediate post erit. Similiter res eadem dupliciter desinit esse, 1° per instans intrinsecum appellatur que desitio rei, per ultimum sui esse, quod videlicet verificatur, modo res esse, et immediate post non erit. 2° desinit res per instans extrinsecum, appellatur que hic modus desinendi desitio rei per primum sui non esse, videlicet in illo instanti, quod verum est; modo non esse, et immediate antea fuit.

Rogabis

2. Rogabis, an utraque mensura incipiendi desinendi competere possit rei creatae de facto tam permanenti, quam successivae? Respondeo 1° rei permanenti de facto creatae competere aliquando utramque mensuram incipiendi, ac desinendi. Probatur 1°; in instanti immediate ante procreationem rei illius, verum est, modo non est equus, et immediate post erit et in instanti, quo primo est equus, verum est, modo est equus, et immediate ~~post non erit~~ antea non fuit; ergo competit equo utraque mensura incipiendi. Probatur 2°, in ultimo instanti, quo vivit equus, verum est modo est equus, et immediate post non erit. Denique in primo instanti, in quo non est equus, sive quando moritur equus, verum est modo non est equus, et immediate antea fuit, ergo competit equo utraque mensura desinendi. Similiter in creatione primi Angeli philosophari potest, et in desitione Angeli casu quo Deus cessaret a conservatione Angeli, ut cessare potest.

3. Respondeo 2°, si sermo sit de rebus successivis, priusquam satisfieri possit difficultati positae, praenotandum est inter successivas res aliquas esse, quae proprie successivae sunt, constantque partibus, scilicet indivisibilibus, quae numquam simul existunt, sed itaque prius exstat aliqua pars, seu indivisibile, ac deinde aliud, quo adveniente statim perit illud indivisibile, et sic de reliquis, qualis est motus, tempus, aliae sunt res quae dicuntur successivae, non quia ipsae sint ex binis, et essentialiter successivae, sed quia dependent ab aliqua re, quae successiva est, qualis est motus effectivus localis, quidquid motus est actio illa, qua mobile prius quam de novo acquirit ubicationem in indivisibili B spatii, cum immediate antea fuerit in indivisibili A spatii, quae quidem actio dicitur motus, non quia ipsa sit res successiva ab intrinseco, sive formaliter motus localis, sed quia licet ipsa sit entitas permanens, dependet tamen ab extrinseco motu effectivo a re successiva, hoc est, ab eo, quod actio ipsa modo sit, et immediate antea non fuerit, sed actio illa ex vi cuius prius acquirebat ubicationem in indivisibili A spatii

+ Hoc supposito

4. Hoc supposito, Reo dif. aliis positis; si sermo sit de successivate in 2° sensu, illo v. d. t. impproprio bius, res successiva convenire potest utrique modus incipiendi, ac desinendi. Pbr 1°: da Prius modo esse in indivisibili A spatij, et ipsum Prius extrinsece immediate sequenti instanti, in indivisibili B spatij, verum erit dicere, modo existit motus effectivus localis B Pri; et immediate post erit. Rursus da Prius existere ad indivisibile B spatij, et erit verum dicere modo est motus localis B Pri, et immediate ante non fuit. Prat in hoc instanti, quo Prius est in indivisibili B spatij, supponatur in instanti sequenti esse recursus ad indivisibile B spatij, verum est dicere, modo est motus effectivus localis B Pri, et immediate post non erit, ac deinde in illo instanti, quo Prius erat in indivisibili C spatij, verum erit dicere modo non est motus effectivus localis B Pri, et immediate ante fuit. Quod res successiva illius generis convenire potest utrique modus incipiendi ac desinendi, in quo nullus est in dicto utroque non motus effectivus, nec illud, quod ab intra sua essentia est entis successiva, sed illud quod ab extrinseco denotatur successivus ab aliquo, nimirum denotatione successiva, propter rex sensto, cum non requiratur quod existat forma, per quam denotatur successivus, ad hoc ut tale denotetur, imo potius requiratur quod hunc non sit existat, sed praeterit. Unde fit, quod posita illa actione, qua Prius acquirit denuo in illo casu ubicationem in indivisibili B spatij, ponatur motus effectivus, hoc est, ponatur illud, quod denotatur motus effectivus ab aliqua forma non existente, sed praeterita.

5. Reo denique; si sermo sit de entitate successiva in 1° sensu, sive de re proprie successiva, ipsi neuter modus incipiendi, neuterque modus desinendi proprie sumptus convenire potest, ratio est, non res eiusdem numquam est ab intra secundum se totam, sed solum in aliqua parte existit, v. d. t. secundum aliquid sui indivisibile, vel secundum aliquam sui

parte

partis, unde in 1.º instanti immediate ante totam horam integram, non erit verum dicere modo non est hora, et in instanti immediate sequenti erit talis, in quo verum est dicere 2.ª partis, neque in instanti immediate sequenti non exit hora secundum se totam, sed solum inadaequate, videlicet secundum aliquid sui.

6. Deinde quod datur 1.um instans intrinsecum horae, non est verum dicere modo est hora, et immediate ante non fuit, non in quo verum est dicere 1.ª partis, quia tunc existit hora secundum se totam, sed tantum secundum aliquid sui. Denique in ultimo instanti intrinseco horae, non est verum dicere dicere 1.ª partis, modo est hora, et immediate post non erit, neque in 1.º instanti horae extrinseco succedenti post totam horam integram verum erit dicere secundae partis, modo non est hora, et in instanti immediate ante fuit, ergo de 1.º ad ultimum neuter modus incipiendi, neuterque modus desinendi proprie sumptus convenit rei successivae proprie tali.

7. Bene tamen ipsi rei proprie successivae convenire potest uterque modus incipiendi, desinendique improprie sumptus per instans intrinsecum, sive videlicet inceptio, ac desitio non sumatur pro inceptione, ac desitione adaequata rei, sed tantum pro inadaequata. Hac ratione in 1.º instanti intrinseco horae verum erit dicere, modo inadaequate est hora, et immediate ante non, neque inadaequate fuit, et in ultimo instanti intrinseco horae verum erit dicere, modo inadaequate est hora, et immediate post, neque inadaequate erit. Denique ipsi rei proprie successivae convenire poterit uterque modus incipiendi, desinendique per instans extrinsecum improprie sumptus duplici ratione. 1.º, si inceptio, ac desitio rei tantum sumatur pro inceptione, ac desitione inadaequata rei, hac ratione in instanti immediate ante totam horam integram verum erit dicere, modo non est hora, neque inadaequate, et in instanti immediate sequenti inadaequate erit.

8. Similiter in instanti extrinseco immediate succedenti,

post

pars totius longitudinis, verum tunc dicere [illegible] in ordine [illegible] et inmediate ante [illegible] fuit. Quod si sit immediate post, ergo immediate ante [illegible] continuationis. Ergo [illegible] haec in instanti immediate ante [illegible] totius longitudinis, verum tunc dicere [illegible] consequens erit. Si vero in instanti hoc [illegible] immediate succedenti pars totius longitudinis, verum tunc dicere [illegible] et in immediate antecedenti fuit [illegible].

9. Superest explanandi tres partitates, terminos magnitudinis, tres partitates, alius externus, alius externus, [illegible] partis [illegible] extensio, [illegible] in qua [illegible] naturaliter conservari [illegible] per [illegible] in minori [illegible] quamcumque extensio minimum [illegible], [illegible] quantitas [illegible] et illa extensio in qua [illegible] requirit naturaliter conservari, sive maiori [illegible] appellatur [illegible] maximum quod non, tres [illegible] magnitudinis [illegible] [illegible], alius intrinsecus, alius extrinsecus, [illegible] magnitudinis appellatur maximum quod sic, et est illa extensio in qua [illegible] naturaliter conservari naturaliter [illegible] per [illegible] in maiori [illegible], plus [illegible] magnitudinis appellatur minimum quod non, et est illa extensio in qua [illegible] requirit naturaliter conservari, [illegible] in extensione minori immediate succedentibus.

10. Ut tamen [illegible] clarius intelligantur, supponamus exempli causa [illegible] B posse naturaliter conservari in extensione sex indivisibilium, et in extensione quinque tantum, et etiam in extensione quatuor tantum indivisibilium, non autem posse naturaliter conservari, in extensione trium tantum, neque in extensione duorum tantum indivisibilium, neque in unico indivisibili, neque in extensione septem indivisibilium, neque [illegible] maiori extensione; in isto casu extensio quatuor indivisibilium erit [illegible] intrinsecus partis [illegible] B seu minimum quod sic [illegible] in qua in extensione [illegible] naturaliter conservari,

et

animalis minori extensione, unde illa extensio quatuor indivisibilium dicitur minimum q. sic, quia est extensio minima omnium, in quibus forma B naturaliter conservari potest, hoc est, minima istarum extensionum, v.g. extensionis sex, et extensionis quinque, et extensionis quatuor indivisibilium, in quibus singulis extensionibus dicitur expresse debet forma posse naturaliter conservari. Extensio vero trium tantum indivisibilium, erit terminus extrinsecus parvitatis formae B, vocaliter quod maximum q. non, et ratio est quoniam extensio illa versus parvitatem est maxima harum extensionum, in quibus forma B nequit naturaliter conservari, id est, maxima istarum extensionum, v.g. extensionis trium tantum indivisibilium, et extensionis duorum tantum indivisibilium.

11. Deinde extensio sex indivisibilium erit terminus intrinsecus magnitudinis formae B, seu maximum q. sic, et appellatur ita quoniam in extensione illa potest naturaliter conservari forma B, et est extensio maxima omnium, in quibus naturaliter conservari potest, hoc est, maxima omnium istarum, v.g. extensionis sex indivisibilium, et extensionis quinque indivisibilium, et extensionis quatuor indivisibilium. Extensio autem septem indivisibilium erit terminus extrinsecus magnitudinis eiusdem formae B, seu minimum q. non. Dicitur vero minimum q. non magnitudinis, nam illa extensio versus magnitudinem est minima omnium extensionum, in quibus naturaliter nequit conservari forma B, est enim minima istarum, v.g. extensionis septem, et extensionis octo, et extensionis novem indivisibilium, et sic in infinitum. Denique extensio quinque indivisibilium erit medium inter utrumque terminum parvitatis et magnitudinis formae B, medium, inquam, inter maximum q. sic, et minimum q. sic, est enim extensio illa maior minima, in qua conservari potest forma B et minor maxima, in qua conservari potest.

FINIS LIBRI VII PHORV.